

DOCT. JOSEPHUS PRADA
PROF. IN R. GYMNASIO VIGLEVANENSI

E INTER METRI DACTYLICI DISCIPLINAM ET SERMONEM LATINUM IN MAXIMIANO POETA EXSISTUNT QUAESTIONES



TICINI
EX TIPIS MATTEI & S.
MCMXIV

QUAESTIONES MAXIMIANEAE

Giuseppe

DOCT. JOSEPHUS PRADA

PROF. IN R. GYMNASIO VIGLEVANENSI

Quae inter metri dactylici disciplinam et sermonem latinum in Maximiano poeta exsistunt quaestiones



TICINI

EX TIPIS MATTEI & S.

MCMXIV

EX OFFICINA COOPERATIVA - TICINI 1914

MEMORIAE

PATRIS DESIDERATISSIMI

P. C. S.

BIBLIOGRAFIA

1. Grammatica, prosodia, metrica, stilistica, lessicografia latina.

F. Chiminello — Piccola grammatica latina (P. II, Sintassi) - Como 1896.

E. Cocchia — Sintassi latina - Napoli.

Draeger — Historische Syntax der lat. Sprache.

F. Schultz — Piccola grammatica latina (ed. R. Fornaciari) - Torino, Loescher 1883.

F. Stolz un. F. H. Schmalz — Latein. Grammatik - Handbuch der klass. Altertumswissenschaft II, 2 aufl. B.

Alb. Caviglia — Appunti di prosodia e metrica latina - Parma, Fiaccadori 1898.

L. Muelleri — De re metrica poetarum latinorum lib. septem - Ed. II. Petropoli et Lipsiae (C. Ricker) 1894.

Müller-Lami-Clerico — Metrica dei greci e dei romani - II ediz. Milano (Hoepli) 1897.

P. Rasi — De elegiae latinae compositione et forma - Patavii 1894.

A. Cima — Teoria dello stile latino - Torino, 1902.

R. Volkmann un. H. Gleditsch — Rhetorik und Metrik - München 1901.

G. Zenoni — Sintassi latina - Venezia 1908.

Ernst Bednara — De sermone dactylicorum latinorum quaestiones - Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik; Band XIV Heft 3 (ss. 317-360), 4 (ss. 532-604).

— Aus der Werkstatt der dattylischen Dicter - Archiv f. lat. Lex. u. Gram.; Band XV, Heft 2 (ss. 223-232).

Hailer E. — Beiträge zur Erklärung des poetischen Plurals bei den römischen Elegikern (ss. 28) - Freising 1902.

P. Maas — Studien zum poetischen Plural bei den Römern - Arch. f. lat. Lex. u. Gram.; Band. XII, Heft 4 (ss. 479-550).

Oth. Riemann — Études sur la langue et la grammaire de Tite Live - Paris 1885.

Forcellini Aeg. — Totius latinitatis lexicon, cur. doct. Vincentii De-Vit - Prati 1858-75.

— Totius latinitatis Onomasticon, op. et stud. doct. Vincentii De-Vit - Prati 1859-87.

K. E. Georges — Lexikon der lateinischen Wortformen - Leipzig 1889.

— Ausführlisches lat-deut- und deut-lat. Handwörterbuch; 4 Band. Leipzig 1882.

Fr. Neue-Wagener — Formenlehre der lateinischen Sprache - Band 4 (Dritte Auflage von C. Wagener) Leipzig 1905,

L. Quicherat — Thesaurus poeticus linguae latinae - III édit. par Émil Chatelain - Paris, Hachette 1895.

Her. Rönsch — Itala und Vulgata - Marburg 1875.

2. Bibliografia particolare a Massimiano e al suo tempo.

α) per Notizie sull'autore e l'opera sua (Critica generale).

Johan. Chr. F. Bähr. — Geschichte der röm. Literatur - 4 Aufl. Carlsruhe, 1868 I p. 759.

G. Bernhardy — Grundriss der röm. Literatur, 5 Bearb. Braunschweig, 1872; p. 624.

Boccardo — Nuova Enciclopedia Italiana - Torino, 1882; XIII sotto " Massimiano „.

Larousse — Grand Dictionnaire Universel - Paris, t. 10; sotto " Maximien „.

Meyer — Conversations-Lexikon - Leipzig 1896; XII sotto " Maximianus „.

F. Ramorino — Letteratura romana - Milano 1898; p. 329.

W. S. Teufel-Schwabe — Geschichte der röm. Liter.

β) per Notizie sul testo e l'autore (Critica particolare).

M. Galdi — Cornelio Gallo e la critica virgiliana - Padova 1905

Émil Bährens — Poetae latini minores, vol. V, 313-348 - Lipsiae (Teubner) 1883.

Iul. Bröring — Quaestiones Maximianeae - Monasterii 1893; pp. 43.

Rob. Ellis — On the elegies of Maximianus - American Journal of Philology vol. V, 1, 2; Whol. No. 17, 18: p. 1-15, 145-163. Baltimora Apr. Lugl. 1884.

P. Giardelli — Studio sulle elegie di Massimiano pp. 48 - Savona, Bortolotto 1899 (1).
F. Heege — Der Elegiker Maximianus (Program.) pp. 46 - Blaubeuren, 1893.
Vin. Lekusch — Zur Verstechnik des Elegikers Maximianus - Serta Harteliana (pp. 257-262) - Wien 1896.
M. Manitius (2) — Rh. M. XLIV - 1889, pp. 540-545.
— W. Kl. Ph. VIII - 1891, p. 95 sqq.
— Rh. M. XLVII - 1892, p. 140.
— Rh. M. L - 1895, p. 642.
— Ph. Suppl - Band VII - 1889, p. 729.
— Ph. LIX - 1900, p. 153.
M. Petschenig — Maximiani elegiae ad fidem codicis Etonensis rec. et emen. M. P. - Berliner Studien XI, 2, Berlin, 1890.
— Ph. LIX, 1900 p. 153-54.
L. Puget — Traduction... - Nisard: Collection des Auteurs latins, tom. VI, p. 590 sqq.
Lud. Traube — Zur Ueberlieferung der Elegien des Maximianus - Rh. M. XLVIII - 1893 pp. 284-89.
Fr. Vogel — Maximianus der Lyriker - Rh. M. XLI, 1886 p. 158-9.
Rich. Webster — The Elegies of Maximianus, pp. 126 - Princeton Press, 1900.
Jo. Christ. Wernsdorf — Poetae latini minores ex recensione Wernsdorfiana cur. N. E. Lemaire, vol. VII - Parisiis 1826.

γ) per Notizie sulla coltura del tempo di Massimiano.

Aug. Dubois — La latinité d'Ennodius pp. 576 - Paris, Klienck-sieck 1903.
M. Petschenig — Studien zu dem epiker Corippus - Wien 1885.
P. Rasi — Saggio di alcune particolarità nei distici di S. Ennodio -

(1) Di questo opuscolo mi è noto solamente quanto cita Webster nel suo commento e quanto dice la recensione in Boficl VII, 3, p. 69 V(almaggi); non l'ho potuto scovare in nessun modo. Ho scritto alle nostre biblioteche, nonchè all'editore Bortolotto e ad altre librerie; ho fatto anche inserire un piccolo avviso sul Bollettino degli editori-librai presso Sperling; ma tutto invano.

(2) Le abbreviazioni sono della Bibliotheca philologica classica.

Rendiconti del Reale Ist. Lomb. serie II, vol. XXXV, fasc. VIII, pp. 335-353.

— Di alcune particolarità sul metro eroico e lirico di S. Ennodio - Rend. del R. Ist. Lomb. ser. III, vol. XXXVII, fasc. XVIII, pp. 957-79.

PRAEFATIO

In hac dissertatione componenda ducem secutus sum Ernestum Bednaram in opere, quod inscribitur " De sermone dactylicorum latinorum quaestiones " [1]; quae vero ab ipso disputata sunt " de vocabulis versui dactylico non aptis ", cum supervacaneum putem repetere, opus meum cito aggrediar et de remediis, quibus poeta noster usus est, quam brevissime et optime a me fieri potuerit, loquar.

Maximianus, qui saeculo VI° p. Chr. n. aetatem degit, elegiacum carmen iam exactum perfectumque recepit ac sibi sumpsit exemplum, quod Ovidius [2] fuit; nec vero ex Vergilio, Tibullo, Horatio copiose haurire materiam omisit. Nostrum igitur est demonstrare qua arte poeta, qui ducem sectatur suum, difficultates, quas lingua metro dactylico opponebat, superaverit.

Nunc autem accipe ordinem, quo in hac dissertatione usurus sum:

I, liber primus: *De remediis e vocabulorum in versu functione petitis.*

II, liber secundus: *De remediis e sonorum alternatione petitis.*

III, liber tertius: *De remediis e formarum alternatione petitis.*

---

(1) Cfr. Arch. f. lat. Lex. u. Gram. - XIV B. H. 3. S. 317.

(2) Cfr. Dr. F. Heege: Der Elegiker Maximianus: dove l'autore, per la parte sua, per mezzo di citazioni e di raffronti, dimostra come le elegie di Massimiano sono un centone di poesia classica, sopratutto Ovidiana.

IV, liber quartus: *De remediis syntacticis.*
V, liber quintus: *De remediis lexicalibus.*
VI, liber sextus: *appendix de vocubulis epicis seu dactylicis.*

Denique in brevi epilogo disputationis meae summam faciam.

LIBER PRIMUS [1]

Remedia e vocabulorum in versu functione petita.

Tribus artibus dactylici poetae versui voces non aptas accomodant:

α) aut collocatione vocabulorum, cum ea vel in fine pentametri ponant vel positione ultimam eorum producant vocalem;

β) aut synaloephe, elisione, synecphonesi, ultimam vocabuli praecedentis vocalem cum prima sequentis committentes;

γ) aut prosodiae mutatione.

A) **Collocatio vocabulorum.**

I. In fine pentametri. — Vocabula vocali finita in tribrachyn metro dactylico apta non sunt omnino ideoque vel secludebantur vel duabus artibus versui aptabantur, cum ea poetae aut in fine pentametri collocarent aut synaloephe eis ultimam vocalem detraherent. Item dicendum est de vocibus in tribrachyn cadentibus, sed vocali non finitis, quae duabus quidem, diversis autem artibus dactylico versui commodabantur: in fine enim pentametri ponebantur aut positione ultima syllaba producebatur.

Maximianus vero noster numquam omnino pentame-

---

(1) Arch. f. lat. Lex. u. Gram. V. XIV-f. 3. p. 323.

trum vocibus vocali et tribracho finitis claudit; vocibus autem tribraco, vocali vero non finitis, hos versus:

v. v. I, 20, b^{2-3} *īngĕnĭ|ŭm;* I, 64, b^{2-3} *vĭrgĭnĭ|bŭs;* I, 156, b^{2-3} *dēstĭtĭ|mŭs*; I, 172, b^{2-3} *ōbĭcĭ|bŭs*; I, 174, b^{2-3} *aŭxĭlĭ|ŭm*; I, 252, b^{2-3} *ĭ|măgĭnĭ|bŭs*; II, 22, b^{2-3} *crīmĭnĭ|bŭs*; III, 30, b^{2-3} *vŭlnĕrĭ|bŭs* (1).

II. In positione. — Positione, cuius duae exsistunt species, perfecta et imperfecta, voces in tribrachyn cadentes, consonante finitas, poetae versui dactylico commodant.

1) Voces, quae in tribrachyn cadentes consonanteque finitae a Maximiano in metrum dactylicum immittuntur, hae sunt, perfecta positione producta ultima syllaba:

a) Substantiva 1) secundae declinationis, *a*) masculina: *ănĭmŭm*; I, 45, a^{2-3}; 96, a^{2-3}; 155, b^{3-4}; 175, b^{3-4}; V, 63, b^{3-4}; *dŏmĭnŭs* I, 54, a^{2-3}; *dŏmĭnŭm* I, 284, a^{2-3}; *b)* neutra: *mĕrĭtŭm* I, 29, a^{2-3}; *sōlstĭtĭŭm* I, 36, a^{2-3}; *vĭtĭŭm* I, 50, a^{2-3}; III, 57, b^{4-5}; V, 73 b^{4-5};

---

(1) Siccome qui cominciano le citazioni ed io ho usato un modo tutto mio nel riferire i versi, converrà che ne dia una plausibile spiegazione. Poichè l'esametro dalla cesura principale e il pentametro dalla sua unica possono considerarsi divisi in due parti, così la prima tanto nell'uno che nell'altro l'ho distinta colla lettera *a*, la seconda colla lettera *b*; i numeri che stanno sopra queste lettere a guisa di esponenti indicano il piede, in cui si trova la parola nel verso, a cui la lettera sta accanto; nel pentametro l'esponente non è mai maggiore di 3, che significa che la parola termina coll'arsi del III piede innanzi la cesura; nell'esametro l'esponente non è mai maggiore di 4 per la lettera *a*, il qual numero, quando ricorre, sta ad indicare che nel verso c'è la cesura eftemimera e che la parola forma colla sua sillaba finale l'arsi del 4° piede davanti ad essa cesura: per la lettera *b* invece l'esponente prosegue fino al 6, cominciando dal 3 oppure dal 4. Considerando che l'esametro nell'enumerazione è sempre distinto da un numero dispari ed il pentametro con uno pari, colla mia maniera di citazione, senza ch'io m'intrattenga ad avvertire, che la parola ricorre in esametro o in pentametro, nel primo, nel secondo..... piede, tutto è visibile da sè.

Così per spiegarmi, *aemula* I, 1, a^{1} significa che la parola è tutta nel primo piede del primo esametro della I^{a} elegia; *iŭvĕ|nīlĕ* I, 9, a^{1-2} significa che la parola è parte nel primo, parte nel secondo piede dell'esametro 9 della prima elegia: qual parte poi si trovi nel primo e nel secondo, sebbene la prosodia stessa lo insegni, io l'avverto colla lineetta (|), che si trova nel corpo di ogni parola appartenente a più piedi; le segnature a^{3} e b^{4} non sempre dicono che dopo o prima di tali parole si trova la cesura, mentre ciò sempre significano a^{4} e b^{3}.

VI, 2, a$^{2-3}$; *ōffĭcĭŭm* I, 86, a$^{2-3}$; *āllōquĭŭm* I, 202, a$^{2-3}$; *stŭdĭŭm* III, 15, b$^{3-4}$; 91, b$^{3-4}$; IV, 46, a$^{2-3}$; V, 43, b$^{4-5}$ _ 2) tertiae declinationis, *a*) masculina: *sĕnĭbŭs* I, 16, a$^{1-2}$; *cănĭbŭs* I, 23, a$^{2-3}$; *pĕdĭbŭs* III, 61, a$^{2-3}$; *iŭvĕnĭs* III, 67, b$^{3-4}$; 87, a$^{2-3}$; *vŏlŭcrŭm* V, 111, b$^{4-5}$; *dīvĭtĭbŭs* VI, 8, a$^{2-3}$; *b*) feminina: *vĕnĕrĭs* I, 163, a$^{1-2}$; III, 89, a$^{2-3}$; *pĕcŭdŭm* II, 43, a$^{2-3}$; V, 111, b$^{3-4}$; *vĭcĭbŭs* IV, 5, a$^{1-2}$; *prĕcĭbŭs* IV, 48, a$^{2-3}$; *vĕnĕrĕm* V, 50, a$^{2-3}$; *c*) neutra: *pōndĕrĭbŭs* I, 262, a$^{2-3}$; *lūmĭnĭbŭs* III, 26, b$^{1-2}$; *vīscĕrĭbŭs* III, 35, a$^{2-3}$; *făcĭnŭs* IV, 34, a$^{2-3}$ _ 3) quartae declinationis, *a*) masculina: *hăbĭtŭs* I, 211 a$^{1-2}$; *grădĭbŭs* V, 25, b$^{3-4}$ _ 4) quintae declinationis, *a*) feminina: *paūpĕrĭĕm* I, 53, a$^{1-2}$.

β) Verba 1) primae conjugationis: *īncrĕpĭtăt* III, 31, a$^{1-2}$; V, 52, a$^{2-3}$; *dĕdĕrăt* IV, 7, b$^{3-4}$ _ 2) secundae coniugationis: *plăcŭĭt* I, 23, a$^{1-2}$; *stŭpŭĭt* I, 43, b$^{4-5}$; *tăcĭtŭm* I, 107, a$^{1-2}$; *vĭdĕŏr* I. 132, a$^{1-2}$; 147, b$^{3-4}$; *iăcŭĭt* I, 237, a$^{2-3}$; *iăcĕăm* I, 239, b$^{3-4}$; *vĭdĕăm* I, 287, a$^{2-3}$; *mĕrŭĭt* I, 289, a$^{2-3}$; *făteŏr* II, 29, a$^{1-2}$; *rĕtĭnĕt* II, 29, b$^{3-4}$; *plăcĕăm* II, 58, a$^{2-3}$; *dŏlĕăt* II, 74, a$^{2-3}$; *vălŭĭt* III, 24, a$^{1-2}$; *tăcĭtŭs* IV, 16, a$^{2-3}$; *cōntĭcŭĭt* V, 153, a$^{1-2}$; *mĕrĭtăm* V, 103, b$^{3-4}$ _ 3) tertiae coniugationis: *occŭbŭĭt* I, 22, a$^{1-2}$; *corrŭĭmŭs* I, 57, a$^{2-3}$; *fŭĕrăt* I, 65. b$^{3-4}$... *pĕtītă* b$^{5-6}$; *erŭbŭĭt* I, 66, a$^{1-2}$; *pătĭtŭr* I, 110, a$^{1-2}$; *erĭpĭtŭr* I, 149, a$^{1-2}$; *cŭpĭăt* I, 152, a$^{1-2}$; 263, a$^{2-3}$; *rĕgĭmŭr* I, 158, a$^{2-3}$; 248, a$^{2-3}$; *effĭcĭŏr* I, 187, a$^{1-2}$; *cōntrăhĭmŭr* I, 215, a$^{1-2}$; *pătĭăr* I, 256, a$^{2-3}$; *decŭbŭĭt* II, 47, a$^{2-3}$; *consĕnŭĭt* II, 62, a$^{2-3}$; *immĭnŭĭt* III, 42, a$^{2-3}$; *rĕfŭgĭt* III, 70, a$^{2-3}$; *desĕrĭmŭr* IV, 53, a$^{1-2}$; *răpĭmŭr* IV, 59, a$^{2-3}$; *trăhĭmŭr* IV, 59, b$^{4-5}$; *effĭcĭŏr* V, 14, a$^{1-2}$; *destĭtŭĭt* V, 49, a$^{2-3}$; *răpŭĭt* V, 61, b$^{3-4}$; *expŏsĭtŭm* V, 84, a$^{2-3}$; *erĭgĭtŭr* V, 85, a$^{1-2}$; *făcĭăt* V, 116, a$^{2-3}$ _ 4) anomala: *fŭĕrăm* I, 5, a$^{2-3}$; *ădĕrăt* I, 17, a$^{2-3}$; *prōfŭĕrăt* I, 161, a$^{2-3}$; *fŭĕrăt* I, 214, a$^{2-3}$; *fŭĕrĭt* IV, 21, b$^{3-4}$; *defŭĕrĭt* V, 118, a$^{2-3}$; *pĕrĭĭt* I, 5, b$^{3-4}$; II, 21, a$^{2-3}$; *pŏtĕrăt* I, 65, a$^{2-3}$; *praetĕrĭtŭm* II, 36, a$^{2-3}$; *pŏtĕrăm* V, 21, a$^{2-3}$; *rĕfĕrăt* V, 23, a$^{1-2}$; *pŏtĕrăt* V, 42, a$^{2-3}$ _ 5) impersonalia: *lĭbŭĭt* I, 21, a$^{1-2}$; *plăcŭĭt* I, 23, a$^{1-2}$; *dĕcŭĭt* I, 102, a$^{2-3}$; *lĭcŭĭt* III, 21, a$^{1-2}$.

Per il pentametro: *tō|tō* I, 10, a$^{2-3}$ vuol dire che *tōtō* è nella prima parte di tale pentametro, occupando precisamente la tesi del secondo e l'arsi del terzo piede; *praēmĭă* I, 14, b^{1} sta ad indicare che la parola è nel primo dattilo del secondo emistichio del pentametro 14; *mĕ|īs* I, 22, b$^{2-3}$ dice che *mĕīs* dà una breve al secondo dattilo e finisce il pentametro.

Essendo il pentametro nettamente e costantemente diviso in due parti, ho potuto adottare la citazione a^{1-2-3}, b^{1-2-3}; per l'esametro no, nel quale la citazione può essere a^{1-2-3-}, b$^{3-4-5-6}$, come a$^{1-2-3-4}$, b$^{4-5\ 6}$.

γ) Adiectiva 1) primae classis: *mĭsĕrăm* I, 3, a$^{2-3}$; *mădĭdăm* I, 25, a$^{2-3}$; *vărĭŭm* I, 30, a$^{2-3}$; *rĭgĭdŭm* I, 49, a$^{2-3}$; *intrĕpĭdŭs* I, 51, a$^{1-2}$; *mĕdĭăm*I, 63, a$^{2-3}$; 255, a$^{2-3}$; *funĕrĕŭs* I, 134, b$^{1-2}$; *sătŭrŭm* I, 159 a$^{2-3}$; 159, b$^{3-4}$; *sollĭcĭtŭm* I, 191, a$^{2-3}$; *dŭbĭŭs* I, 195, a$^{1-2}$; *trĕmŭlŭs* I, 195, a$^{2-3}$; *trĕmŭlŭm* I, 286, a$^{1-2}$; *decrĕpĭtŭm* II, 6, b$^{1-2}$; *tĕnĕrăm* III, 23, a$^{2-3}$; *gĕmĭnŭm* III, 33, a$^{2-3}$; *attŏnĭtŭs* IV, 47, a$^{2-3}$; *văcŭŭs* V, 49, b$^{4-5}$; *prŏprĭŭm* V, 51, a$^{2-3}$; *mĭsĕrŭm* V, 75, a$^{1-2}$; *vulnĭfĭcŭm* V, 98, b$^{1-2}$; *mĕrĭtăm* V, 102, b$^{3-4}$; *rŭtĭlŭm* V, 119, b$^{3-4}$; *mortĭfĕrŭm* V, 120, b$^{1-2}$; *fructĭfĕrŭm* V, 122, b$^{1-2}$; *sanguĭnĕŭs* V, 142 a$^{1-2}$; - 2) secundae classis: *grăcĭlĕm* I, 85, a$^{2-3}$; *grăvĭŭs* I, 278, a$^{2-3}$; *grăvĭŏr* I, 288, a$^{1-2}$; *mĕlĭŭs* II, 19, a$^{2-3}$; *vĕtĕrĭs* II, 32, a$^{1-2}$; *vĕtĕrŭm* II, 33, a$^{1-3}$.

δ) Pronomina: *ĕădĕm* I, 201, b$^{4-5}$; 212, a$^{2-3}$; II, 2, a$^{2-3}$; VI 5, a$^{2-3}$; *altĕrĭŭs*, II, 67, a$^{2-3}$; *ĕgŏmĕt* III, 43, a$^{1-2}$; V, 71, a$^{1-2}$; *ălĭquĭs* IV, 24, a$^{1-2}$.

ε) Adverbia: *pŏtĭŭs* I, 32, a$^{2-3}$; 70, a$^{2-3}$; II, 8, a$^{2-3}$; 52, a$^{2-3}$; III, 8, a$^{2-3}$; V, 8, a$^{1-2}$; 14, a$^{2-3}$; 67, a$^{1-2}$; *mŏdĭcŭm* I, 97, b$^{3-4}$; *grăvĭŭs* I, 292, a$^{1-2}$; *mĕlĭŭs* I, 265, a$^{2-3}$; 275, b$^{3-4}$; II, 52, a$^{2-3}$; *ălĭtĕr* I, 185, a$^{1-2}$; *nĭmĭŭm* II, 1, b$^{3-4}$; 27, a$^{2-3}$; III, 11, b$^{3-4}$; V, 13, b$^{3-4}$; *pĕnĭtŭs* III, 24, a$^{2-3}$; *părĭtĕr* III, 93, b$^{3-4}$; VI, 7, b$^{3-4}$; *ĭtĕrŭm* V, 150, a$^{1-2}$; *lĕvĭtĕr* VI, 3, b$^{3-4}$.

ζ) Conjunctiones: *ĕtĭăm* I, 19, a$^{1-2}$; 49, a$^{1-2}$; 183 a$^{1-2}$; 249, a$^{1-2}$; 273, a$^{1-2}$; II, 9, a$^{1-2}$; 31, b$^{3-4}$; III, 38, a$^{1-2}$; IV, 55, a$^{1-2}$; V, 129, a$^{1-2}$; *ĕtĕnĭm* IV, 3, a$^{2-3}$; *sĭquĭdĕm* V, 69, a$^{2-3}$.

2) Sunt qui dicant Maximianum quoque, vetustiorum poetarum morem secutum, rarissima positione usum esse, ut extrema syllaba tribrachi cuiusdam in medio versu produceretur, eam committentem cum vocabulo a duabus consonantibus incipienti: *supĕrcĭlĭă frons* I, 95, a^{1-2-3}. At, mea de sententia, hos philologos res fefellit, namque hic productio arsis ictui vel potius caesurae semiquinariae vi ([1]) imputanda est, uti in Tibullo (I, 7, 61; 10, 13; II, 2, 5) occurrit, non equidem imperfectae positioni.

Positionis autem imperfectae duo distinguenda sunt genera, altera quae in media voce fit (*tĭgrĭs* = *tīgrĭs*), al-

---

[1] Per questo dativo cfr. Georges, Forcellini e Neue.

tera quae in extrema (*supērcĭlĭă frons = supērcĭlĭā frons?*); verum hic adnota duarum consonantium, mutae cum liquida, quae in duabus syllabis partiuntur, congressum non haberi pro positione imperfecta ideoque semper in latino sermone fieri productionem. Duorum vero positionum imperfectarum generum, huic, quae in medio verbo efficitur, vim poetarum latinorum usus tribuit, quod commodum eis erat, illi vero, quae in fine, numquam, dixerim.

Demonstrabo igitur hanc positionem saltem in Maximiano non occurrere, sed eius vicem excipere aliam artem metricam, quae hoc loco, de quo est quaestio, ut supra dixi, caesurare vel arsis ictus est.

α) In media voce: – 1) syllaba anceps positione imperfecta in hisce casibus, quos usus alioquin poetarum latinorum optimorum confirmaverat, in Maximiano producitur: quae voces vero, uti *sēcretum*, *Sōcratem* (Σωκράτης), longam exhibent in positione imperfecta, non sunt huius loci.

a) substantiva: *lībros* I, 145, a^{1-2}; *lābra* I, 97, b^{6}; *ludībria* IV, 43, b^{1-5}; *pātrem* II, 70, a^{1-2}; *Cȳpris* I, 92, b^{1}; *tīgris* I, 272, b^{2}; *tīgres* V, 145, b^{6}.

b) verba: *flāgrans* III, 9, b^{6}; *flāgrantia* III, 33, b^{3-4}; *flāgranti* V, 91 a^{2-3}.

c) adiectiva: *mācra* I, 85, b^{5}; *nīgra* I, 95, a^{1}; *pīgra* I, 95, b^{6}; *pīgris* I, 211, a^{2-3}; *pīgram* I, 224, a^{2-3}; *dūplex* I, 145, b^{3-4}.

2) syllaba anceps in positione imperfecta brevis est in hisce:

a) substantiva: *latĕbras* I, 67, a^{1-5}; *lăcrimis* II, 73, a^{1-2}; III, 62, a^{1-2}; V, 72, a^{2-3}; 105, a^{2-3}; *lăcrimae* V, 11, a^{2-3}; *lăcrimarum* V, 39, b^{3-4}; *arbĭtrium* (1) I, 114, b^{2-3}; *opprŏbrio* I, 208, a^{2-3}; *volŭcrum* V, 111, b^{4-5}; *genĕtrix* (2) I, 227, a^{2-3}; III, 29, a^{2-3}.

b) verba: *concelĕbrare* III, 76, b^{1-2}.

c) adiectiva: *prŏpriis* I, 90, a^{2-3}; *prŏprii* III, 87, b^{3-4}; *pătriis* V, 6, a^{2-3}; *prŏprium* V, 51, a^{2-3}; *quădrupes* I, 219, b^{4-5}; *multĭplices* IV, 10, a^{2-3}.

---

(1) Cfr. Müller d. r. m. 382.
(2) Cfr. Müller d. r. m. 383.

d) pronomina: *ŭtrumque* II, 70, b^{1-2}; *ŭtrasque* I, 51, b^{4-5}; *ŭtrumque* I, 106, a^{1-2}.

β) In fine vocis numquam positio efficitur ante mutam cum liquida verbi insequentis ac syllaba ultima vel brevis vel longa est, secundum eius vocalis naturam: hic quoque, cum extremae longae dubitationem non movent, voces omittuntur longa finitae.

Voces igitur accipe nulla grammatices distinctione: — *solvĕ precor* I, 3, a^{1-2}; *praemiă grata* I, 14, b^{1-2}; *nullă placent* I, 18, b^{2-3}; *perpensă placere* I, 31, b^{4-5-6}; *decorĕ placent* I, 32, b^{1-2-3}; *gravĕ frigus* I, 36, b^{1-2}; *membră freto* I, 38, b^{2-3}; *vinculă grata* I, 62, b^{1-2}; *mihĭ grata* I, 80, a^{1-2}; *grată brevis* I, 80, a^{2-3}; *membră placent* I, 86, b^{2-3}; *basiă plena* I, 98, b^{1-2}; *modŏ crimen* I, 102, b^{1-2}; *cunctă trahit* I, 109, a^{1-2}; *dură premit* I, 113, a^{2-3}; *rutiloquĕ prius* I, 133, a^{2-3-4}; *grată prius* I, 139, a^{2-3}; *silvă premit* I, 140, b^{2-3}; *alimentă gravant* I, 158, b^{1-2-3}; *modŏ profuerat* I, 161, a^{1-2-3}; *medicamină prosunt* I, 167, b^{4-5-6}; *gaudiă crimen* I, 180, b^{1-2}; *pomă draco* I, 190, b^{2-3}; *sibĭ plaudens* I, 207, b^{5-6}; *quaequĕ brevis* I, 214, a^{1-2}; *fitquĕ tripes* I, 219, a^{1-2}; *vestigiă plausu* I, 225, b^{4-5-6}; *reddĕ precor* I, 232, a^{1-2}; *ipsă gravis* I, 248, b^{2-3}; *partĕ trahor* I, 258, b^{2-3}; *memoratiŏ prisca* I, 291, b^{3-4-5}; *osculă blanda* II, 14, b^{1-2}; *viverĕ criminibus* II, 22, b^{1-2-3}; *summă trahit* II, 24, b^{2-3}; *condită flamma* II, 30, b^{1-2}; *antĕ placet* II, 34, b^{2-3}; *damnă fleo* II, 40, b^{2-3}; *notă greges* II, 46, b^{2-3}; *nonnĕ placet* II, 53, a^{1-2}; *placuissĕ prius* II, 58, b^{1-2-3}; *reverentiă prisca* II, 59, b^{3-4-5}; *vertiginĕ fractam* III, 3, b^{4-5-6}; *cupidinĕ flagrans* III, 9, b^{4-5-6}; *pensă procul* III, 11, a^{2-3}; *verecundiă frontem* III, 23, b^{4-5-6}; *ponerĕ gressus* III, 27, b^{5-6}; *crescerĕ flamma* III, 32, b^{1-2}; *dulcĕ cruoris* III, 40, b^{1-2}; *noscerĕ tristitiae* III, 50, b^{1-2-3}; *panderĕ clausa* III, 52, b^{1-2}; *antră fremunt* III, 56, b^{2-3}; *aptă plagae* III, 70, b^{2-3}; *votă trahit* III, 72, b^{2-3}; *corporĕ tristis* III, 80, b^{1-2}; *sumĕ trophaea* III, 88, b^{1-2}; *temporă grata* IV, 6, b^{1-2}; *Candidă clamabam* IV, 35, a^{1-2-3}; *dicerĕ plura* IV, 48, b^{1-2}; *sinĕ crimine* IV, 51, b^{4-5}; *pectoră bruta* IV, 60, b^{1-2}; *artĕ placens* V, 16, b^{2-3}; *grandiă clamabat* V, 33, a^{1-2-3}; *mihĭ prima* V, 47, a^{1-2}; *muneră grandaevo* V, 48, a^{1-2-3}; *infestă tributum* V, 51, b^{4-5-6}; *cordă trahi* V, 64, b^{2-3}; *proicĕ tristitias* V, 68, a^{1-2-3}; *tibĭ tradimus* V, 77 b^{4-5}; *gurgitĕ plangam* V, 89, b^{5-6}; *mihĭ flagranti* V, 91, a^{1-2-3}; *feritură placebas* V, 97, b^{4-5-6}; *tibĭ cristatum* V, 98, a^{1-2-3}; *tibĭ blandities* V, 101, a^{1-2-3}; *carmină prosun*

V, 101, b^{5-6}; *funerĕ plango* V, 103, b^{5-6}; *graviorĕ premi* V, 108, b^{1-2-3}; *fleŏ privatum* V, 110, a^{1-2-3}; *orbĕ creat* V. 112, b^{2-3}; *laetă cruore* V, 132, b^{1-2}; *telă trisulca* V, 144, b^{1-2}; *iră brevis* V, 151, a^{1-2}; *claudĕ precor* VI, 1, a^{1-2}; *crimină crimen* VI, 4, b^{1-2}; *vincerĕ praestat* VI, 10, b^{1-2}.

γ) Cum mută cum liquidā, quae ad insequentem syllabam pertineat, congreditur, semper positio efficitur ac, si vocalis antecedens brevis est, producitur. Harum positionum et perfectarum, quae fiunt in verbis alīus mensurae ac tribrachi, conspectus non obicitur, cum semper a Maximiano serventur.

3) Restat ut duarum, quae nobis sunt examinandae, positionum imperfectarum exempla persequar atque diligentissime investigem, quo modo poeta noster in his se habuerit.

α) Positio imperfecta (1), qua extrema syllaba ante vocabulum a duabus consonantibus incipiens posita producitur, in Maximiano, quod item apud Ovidium nusquam occurrit, non reperitur: itaque dicit *maximă sceptra* V, 126, b^{1-2} (2).

β) Interdum breves in consonam exeuntes, quas sequatur spiritus (*h*), produxēre poetae inde a saeculo IV° p. Chr. n., (3), immo a poetis christianis, si finalis brevis, quam sequeretur *h*, in arsi erat, positionis lege produci credebatur (4). At nunc hanc artem aio Maximianum nunquam adhibuisse, cuius igitur exempla duo, quae ab nonnullis adferuntur, alia ratione explicanda sunt (5).

— Sic positionem omnesque eius rationes, leges et exce-

---

(1) Cfr. Müller: de re metrica p. 386; Bednara: op. cit. p. 324.

(2) Anche qui è inutile riferire parole che si trovano nel medesimo caso di *maxima*, ma sono finienti per lunga.

(3) Cfr. Müll. r. m. p. 382.

(4) Cfr. Müll. r. m. p. 391.

(5) Ecco i due esempi: I, 209, a^{3-4} b^{4} *mōr|tīs||hīs;* IV, 57, a^{1-2}; *set quīs, hās.* Per il primo esempio c' è l' *ictus* dell' arsi e la divisione

ptiones, apud poetam nostrum pro viribus nostris, excussimus quam diligentissime.

III. De collocatione. — Quod de Ovidio, in universum, ait Bednara de liberiore verborum collocatione, idem de Maximiano adfirmandum esset, nisi quod noster minus isolens in vocabulis collocandis est quam auctor ipsius. Ac cum difficillime, quid metri necessitate, quid licentia poetarum effectum sit hac in re, discerni queat, ego quoque de particulis tantum, quarum est certa collocationis lex, disseram, sed uberius quam dux meus.

Poeta in universum particulis utitur, quibus eius arti metricae opus est, cum eas, ut brevem aut longam lucretur contra leges dicendi collocet, ac secundum leges, eadem de causa; nam in praepositionibus, conjunctionibus aliisque particulis ponendis metri dactylici ratio a poetis semper est habita.

---

della cesura, che spiegano tutto, come in altri casi simili di Massimiano; per IV, 57 la lezione di Petschenig e Webster è errata assolutamente, perchè Massimiano che è tanto consentaneo con sè stesso, non può così leggermente fuorviare. Infatti Massimiano è così, dirò, simmetrico nella sua arte, che non cambia che difficilmente di posto una parola, la quale in molti casi, che hanno però le loro eccezioni, sebbene di poco conto, conserva dal principio alla fine delle elegie il medesimo posto, voglio dire piede, che per la prima volta ha occupato: così un artifizio metrico non ricorre mai isolato e, come si porta il poeta in una circostanza, ricorrendo questa o una simile, la condotta del poeta si mantiene eguale. Ora in Massimiano sono circa una 20 di casi, in cui finali con consonanti si trovano davanti ad *h*, ma mai non occorre allungamento: tutte le ragioni sono quindi per il rifiuto della lezione data da' mss. o per un' altra spiegazione che non sia quella dell'allungamento per posizione coll'*h*. Anche se non si voglia tener gran conto dell' accennata conseguenza metrica dell' autore, devesi notare che qui l'allungamento sarebbe in tesi, quindi errore grave, che non è compatibile con la correttezza metrica di Massimiano. La mia lezione, che qui propongo, è quindi: *sed quis ad has*, sostenuta da *G. P.* e in parte da *B.*

Quanto alle sigle codicali, quelle adottate da me sono quelle riferite da Webster, di cui e dell'altro editore, il Petschenig, è d'uopo ch' io dica qualche cosa. Prima però avvertirò che seguono la mia

α) **Praepositiones.**

1. ĭn — Praepositio - *ĭn* - 23 occurrit, 11 in hexametro, 12 in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* 1) ad thesim dactyli efficiendam: I, 2, a[1]; 87, a[1]; 189, a[1]; II, 67, a[1]; 2) in positione ad arsim dactyli vel spondei componendam: I, 7, a[2]; 50, a[2]; 57, a[1]; 99, a[1]; 252, a[2]; II, 49, a[2]; 60, a[2]; III, 65, a[2]; 72, b[1]; V, 22, a[2]; 26, a[2]; 50, a[2]; 60, a[2]; 3) in positione, ad thesim spondei efficiendam: II, 36, a[1]; III, 15, a[1]; *b*) *contra leges dicendi* 1) ad thesim dactyli componendam: I, 10, b[1]; 141, b[5]; V, 112, b[1]; 2) in positione, ad thesim spondei componendam: I, 117, b[4].

Ex locis allatis poetam videmus perbelle praepositionis - *ĭn* - proprietates lucratum esse: priscam enim eius quantitatem servando, septies utitur ad dactyli thesim efficiendam, positione vero producendo, novies ad arsim dactyli, quater ad arsim, ter ad thesim spondei componendam utitur. Ad hoc ter, vi metri coactus, praepositionem in elisione collocat (II, 67, a[1]; III, 15, a[1]; I, 117, b[4]); semel in synaloephe (II, 36, a[1]), euphoniae gratia. In omnibus denique versibus, 16 in dactylo, 7 in spondeo haec praepositio occurrit.

Hic autem primum in dicendi rationem observandum Maximianum nostrum niti ut vocabula, in universum, has sedes teneant, quas primum, eorum naturae gratia, habuerint: ita sedes praepo-

---

opinione, se non la lezione, Müller (de re metr., 391), Lekusch, Ellis, Heege.

Petschenig dà l'edizione di Massimiano, secondo la lezione del codice di Eton (Bl. 6, 5) dell' XI sec., il quale è il più corretto, trascurando tutti gli altri che sono 18, tra codici ed estratti, oltre a edizioni vecchissime di grande autorità: si capisce quindi subito il suo torto, quando si vede che l'editore è costretto a ricorrere per correggere il suo codice a congetture personali. Webster è molto più critico, ma, secondo me, sebbene ottima sotto tutti i rapporti è la sua edizione, egli non conosce bene la tecnica del suo autore: egli ci appresta un copioso apparato critico, ma in sostanza non differisce che in pochi passi, di non grande importanza neppure, da Petschenig e in questi pure, quando il differire non importa punto allo studioso del poeta: voglio dire che i passi diversi per qualche arditezza metrica dell'autore o per mancanza di senso sono uguali tanto nell'una che nell'altra edizione. Il Webster ha dato valore al numero e alla concordanza dei codici, ma non vi esercita il suo acume critico: quantunque dobbiamo riconoscere che non gliene faccia difetto, tanto più se consideriamo l'ottimo commento che segue all'edizione, strabiliante per l'erudizione, che vi si mostra. Io in una quindicina di casi discordo

sitionis - *ĭn* - est arsis vel thesis primi et secundi pedis hexametri pentametrique, si in vicenis ternis casus quinos excipias.

Ad styli rationem notandum praepositionem - *ĭn* -, ubi contra leges posita est, cum substantivo semper coniungi.

2. dē — Praepositio - *dē* - 6 occurrit, 3 in hexametro, 3 in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* ad thesim spondei componendam: I, 207, a[2]; II, 44, a[1]; III, 88, a[1]; V, 90, a[1]; *b*) *contra leges dicendi* ad thesim spondei componendam: I, 3, b[4]; III, 13, b[4].

Sedes praepositionis - *dē* - est primus pes pentametri, quartus hexametri; adhibetur solum ad thesim spondei conficiendam. Si contra leges posita est, cum substantivo coniungitur.

3. pĕr — Praepositio - *pĕr* - 17 occurrit, 10 in hexametro, 7 in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* 1) ad thesim dactyli efficiendam; I, 165, b[5]; III, 19, b[4]; V, 32, a[1]; 2) in positione, ad arsim dactyli componendam: I, 63, a[2]; 147, a[2]; 255, a[2]; 272, a[2]; 3) in positione, ad arsim vel thesim spondei efficiendam α) ad arsim I, 20, a[1]; IV, 9, a[2]; V, 93, a[2]; 146, a[1]; β) ad thesim: I, 31, b[3]; 220, a[1]; III, 35, b[3]; 84, a[2]; V, 97, b[3]; 146, a[1].

Sedes praepositionis - *pĕr* - est primus et secundus hexametri pentametrique pes, semel tamen occurrit in quinto et in quarto, ter in tertio post penthemimeram hexametri. Ad omnes vices metricas explendas adhibetur, quippe quae arsim ac thesim tum dactyli tum spondei componat. Idcirco ter tantum in positione non occurrit, numquam vero contra dicendi leges; septies in dactylo, decies in spondeo.

4. sĭnĕ — Praepositio - *sĭnĕ* - 8 occurrit, 5 in hexametro,

---

dall' uno e dall' altro dei due egregi editori, diretto in ciò da vedute personali sull'arte dell'autore, nonchè sorretto da ottimi codici: a fra poco, se mi regge la lena del lavoro, una mia edizione critica.

Di Wensdorf (Poetae latini minores: Parigi, ediz. Lemaire) e di Bährens (Poetae latini minores: Lipsia, Teubner) non è qui d' uopo parlare: la loro critica è troppo personale, quantunque finissimo è il gusto loro in fatto di latino. Buona è la recensione - collazione di Ellis Robinson (On the elegies of Maximianus: American Journal of Philology, v. V, 1884, p. 1–15, 145–163), fatta su tre codici britannici di grande valore, BO[1] (Bodleianus 38, XI o XII sec.), BO[2] (Bodleianus auct. 5, 6: probabilmente 1250-1300), Br. (Britannicus XIII sec.): questa recensione, che è di data anteriore all' edizione di Petschenig servì sopratutto a Webster pel suo testo.

Io, dove non avverto, seguo Petschenig, il che implica seguire anche Webster, che da lui, lo ripeto, discorda pochissimo e in passi di minima importanza.

3 in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* ad thesim dactyli efficiendam: I, 24, b^1; 149, a^2; 283, b^4; IV, 23, b^4; 51, b^4; *b*) *contra leges dicendi* ad thesim dactyli efficiendam: I, 178, a^1; V, 113, a^1; 114, a^1.

Sedes praepositionis - *sĭnĕ* - videtur primus et quartus hexametri pentametrique pes esse, nedum primus II^{ae} partis pentametri, ubi vere dactylus elegantior vel a metri natura poscitur. Transpositio autem huius particulae, quae non nisi ad dactylum componendum adhiberi potest, a metri legibus videtur potius quam a poetae ingenio postulari.

5. īntĕr — Praepositio - *īntĕr* - 3 occurrit, semel in hexametro, bis in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi*: I, 106, a^1; II, 30, a^{1-2}; *b*) *contra leges dicendi*: I, 33, a^{1-2}.

Bis in dactylo, semel in spondeo; bis in positione, semel contra leges dicendi haec praepositio occurrit. Sedes videtur thesis primi et arsis secundi pedis hexametri pentametrique.

6. ăd — Praepositio - *ăd* - 10 occurrit, 5 in hexametro, 5 in pentametro, *secundum leges dicendi*: 1) ad thesim dactyli efficiendam I, 51, b^4; 86, a^1; V, 1, a^1; 62, b^1; 2) in positione; ad arsim dactyli componendam I, 222, a^2; V, 130, b^1; 3) in positione, ad arsim spondei efficiendam I, 125, a^1; IV, 39, a^2; V, 9, a^2; 64, a^2.

Sedes huius praepositionis primus hexametri esse videtur et I^{ae} et II^{ae} partis pentametri pes ad thesim dactyli componendam, ad arsim dactyli spondeique secundus hexametri pentametrique pes, si excipias I, 51, b^4; 125, a^1; V, 130, b^1. In positione occurrit sexies, nunquam contra leges dicendi; sexies in dactylo, quater in spondeo.

7. ēx — Praepositio haec 3 occurrit, bis in hexametro, semel in pentametro; in arsi, bis in dactylo, semel in spondeo; numquam contra leges. Sedes eius secundus pentametri hexametrique pes: I, 69, a^2; 213, a^2; 282, a^2.

8. cŭm — Praepositio - *cŭm* - 15 occurrit, 10 in hexametro, 5 in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* 1) in positione, ad arsim dactyli efficiendam: I, 81, a^1; 231, a^2; III, 62, a^1; V, 105, a^2; 2) in positione, ad arsim vel thesim spondei componendas: α) ad arsim: I, 174, a^2; II, 2, a^1; 62, a^1; β) ad thesim: I, 125, b^4; 169, a^1; b) *contra leges dicendi* 1) in positione, ad arsim dactyli efficiendam; in elisione, in arsi dactylica IV, 37, b^4; 21, b^5; 2) in positione ad arsim thesimve spondei componendas: I, 109, a^3; V, 121, a^1; 3) in positione, ad arsim III^{ii} pedis pentametri efficiendam; ad thesim VI^{i} pedis hexametri componendam: II, 28, a^3; 23, b^6.

Semel tantum haec praepositio occurrit quantitate sua praedita (II, 23, b[6]); alias in positione semper, sive in dactylo (6), sive in spondeo (6), sive in arsi III p. p. (II, 28, a[3]). Sedes primus est vel secundus hexametri pentametrique pes; occurrit etiam bis in tertio, semel in quarto, in quinto, in sexto pede; sexies contra leges dicendi, semel in elisione.

9. āntĕ — Bis occurrit in synaloephe et in hexametro, ad arsim dactyli primi (II, 35, a[1]) et secundi (I, 91, a[2]) pedis componendam.

10. prō — Bis occurrit, sed diverso sensu, in hexametro, ad arsim dactyli (I, 133) et spondei (III, 39) primi pedis faciendam.

11 et 12. sŭpĕr et sŭb — *Sŭpĕr* semel in hexametro occurrit in thesi dactylica (I, 191, b[4]); *sŭb*, quater occurrit, bis in hexametro, bis in pentametro: *a*) *secundum leges dicendi* I, 240, a[1]; II, 47, a[1]; V, 30, a[1], secundum ordinem, in thesi spondaica, in arsi spondaica, in thesi dactylica; *b*) *contra leges dicendi*: V, 23, b[4] in arsi spondaica.

Sŭpĕr in dactylo occurrit; *sŭb* in positione et in spondeo ter, semel in dactylo et semel contra leges dicendi; sedes primus utriusque versus dactylici pes videtur esse.

13. ā et ăb — Bis in versibus praep. - *ā* - occurrit, semel sub forma - *ā* -, itemque sub forma - *ăb* -; altera ad arsim spondei, altera ad thesim dactyli efficiendam; altera in hexametro (I, 155, a[2]) et in secundo pede, altera in pentametro (V, 62, a[1]) et in primo.

14. pōst — Praep. - *pōst* - 3 occurrit, in hexametro et secundum leges; semel in arsi spondaica (II, 3, a[1]), bis in thesi spondei (II, 39, b[4]; V, 143, a[1]). Ter in spondeo occurrit, semper secundum leges dicendi; sedes videtur primus utriusque versus dactylici pes esse.

Summa rerum ([1]) — Ex 55 praepositionibus, quas Draeger enumerat in latino sermone adhibitas fuisse, Maximianus noster 14 modo usus est, quarum 6 (*ad, per, ante, post, inter, super*) cum accusativo construuntur, 7 (*ab, de, ex, sine, cum, pro, sub*) cum ablativo, 1 (*in*) cum accusa-

---

([1]) Historische Syntax der lat. Sprach. Zweiten Theils, G. pagina 532-621.

tivo et ablativo. Hae praepositiones in sex elegiis nonagies et octies (98) occurrunt, septies et quinquagies (57) in hexametro, semel et quadragies (41) in pentametro ; diverse vero eas collocando, poeta ter et quinquagies (53) dactylum conficit, quadragies et ter (43) spondeum, nam duo hi loci (II, 23, b^6; 28, a^3) enumerandi vere non sunt, cum alter sit sextus hexametri pes, ubi syllaba anceps, alter tertius I^i hemistichii pentametri pes, qui, quamquam absque dubio tertius [1] pes est habendum initium cuiusdam versus cum metro dactylico convenientis, dactyli vel spondei, aut cum ultimo II^{ae} partis semipede componendus ad unicum pedem conficiendum, attamen pro quo pede, utrum pro trocheo an potius pro pede ancipiti quantitate et natura, uti sextus hexametri, accipiendus sit, dubium est adhuc ; quapropter hunc quoque neglegendum esse putavi.

At nunc, si numerum praepositionum cum versuum numero comparare velis, hanc proportionem exsistere videbis: centenis versibus quaternas et denas circiter inesse praepositiones (14, 28 %) ; si autem numerum dactylorum ac spondeorum cum praepositionum, haec exsistit proportio : centenis praepositionibus quinquagenos et fere quaternos dactylos (54,07 %), spondeos vero quadragenos et fere quaternos (43,87 %) ; si denique numerum versuum cum dactylis vel spondeis, praepositionum ope formatis, proportio est haec : centenis versibus dactylos fere octonos (7,72 %), spondeos circiter senos (6,26 %).

β) **Conjunctiones.**

1. cūr — Conjunctio - *cūr* - 3 occurrit, semel in hexametro, bis in pentametro, secundum leges dicendi, in arsi dactylica: I, 2, a^1; 230, b^1; in thesi spondaica IV, 35, b^4.

Sedes huius particulae primus pentametri pes et primae et se-

---

(1) Cfr. P. Rasi: De elegiae latinae compositione et forma, pagina 13–20.

cundae partis esse videtur; bis in dactylo, semel in spondeo occurrit.

2. quŏquĕ — Conjunctio - *quŏquĕ* - 6 occurrit, semel in hexametro, quinquies in pentametro: secundum dicendi leges, ad thesim dactyli efficiendam I, 6, a^1; 47, a^1; 280, a^1; V, 118, b^1; 142, b^1; 148, b^1.

Sedes huius particulae, quae non nisi in thesi dactylica occurrere potest, primus est hexametri pentametrique pes, nedum primus II^{i} pentametri hemistichii. Adnota conjunctionem nostram pariter in I^{a} et in V^{a} elegia occurrere: atque in I^{a} vero ter in primo dactylo vel pentametri vel hexametri, in V^{a} autem ter in primo II^{ae} partis pentametri pede; numquam contra leges, nec in synaloephe.

3. ĕt — Conjunctio - *ĕt* - 109 occurrit, 19 in hexametro, 90 in pentametro: a) *secundum leges dicendi*, α) ad thesim dactyli efficiendam: I, 6, a^1; 43, a^1; 111, b^4; 134, a^1; 186 a^1; 202, a^1; 242, b^1; 244, a^1; II, 48, a^1; III, 43, b^5; 54, a^1; 80, a^1; V, 50, a^1; 52, a^1; VI, 2, a^1; β) in positione, ad arsim dactyli componendam: I, 14, a^1; 67, a^1; 132, a^1; 136, a^1; 166, a^2; 194, a^1; 218 b^1; 222, a^1; 225, a^1; 286, a^1; 292, a^1; II, 29, a^1; 37, a^1; 52, a^2; III, 22, a^1; 30, a^1; 46, a^2; 56, a^1; 72, a^1; 82, a^1; IV, 20 a^1; 48, a^1; V, 22, b^1; 68, b^1; 86, b^1; γ) in positione ad arsim spondei faciendam: I, 12, a^1; 40, a^1; 44, a^1; 54, a^1; 74, a^2; 102, a^1; 108, a^2; 128, a^2; 139, a^1; 196, a^2; 200, a^1; 210, a^2; 220, a^1; 247, b^4; 248, a^1; 250, a^2; 257, b^6; 260, a^1; 266, a^1: 270, a^1; 274, a^1; 290, a^1; II, 15, b^2; 26, a^1; 68, a^1; III, 4, a^2; 6, a^2; 28, a^1; 34, a^1; 69 a^2; 76, a^1: 88, a^1; IV, 6, a^1; 16, a^1; 36, a^2; 40, a^2; 46, a^1; 51, a^1; 52, a^1; 60, a^1; V, 12, a^1; 18, a^1; 21, a^1; 36, a^1; 56, a^2; 112, a^1; 118, a^1; 132, a^1; 134, a^1; 143, a^1; 148, a^2; 152, a^1; δ) in positione, ad thesim spondei componendam: II, 45, a^2; III, 25, b^3; V, 17, b^3; ε) in positione et in synaloephe, ad III^{um} pentametri semipedem efficiendum: II, 64, a^3. Adde ut ter conjunctio - *ĕt* - in positione et synaloephe occurrat, semel ad dactyli arsim, semel ad spondei efficiendam; semel denique in thesi dactylica: hoc est secundum leges dicendi.

Occurrit: - b) *contra leges dicendi*, α) ad thesim dactyli componendam: I, 2, a^1; III, 53, a^1; 90, a^1; IV, 58, a^1; β) in positione, ad arsim dactyli efficiendam: IV, 50, a^2; 56, a^2; γ) in positione, ad arsim spondeique thesim componendam, 1) ad arsim: I, 72, a^2; 92, a^2; 170, a^2; IV, 28, a^2; V, 28, a^1; 2) ad thesim: I, 100, a^1; IV, 44, a^1.

Conjunctionis - *ĕt* -, uti vidimus, primus pentametri pes sedes est eaque maxime poeta utitur, ut cum pentametro hexametrum

copulet, et cogitationum et verborum nexu. Adsunt vero aliae sedes: primus hexametri, secundus hexametri pentametrique pes, primus secundae partis pentametri aliique pedes; verum technica sedes ac velut metri rationi debita est primus pentametri pes. Si autem cum conjunctionum numero earumdem transpositiones compares, raro hanc particulam contra dicendi leges adhibitam esse necesse est ut affirmes: in centenis enim et novenis (109) praepositionibus ternae et denae occurrunt (13) contra leges. Nonagies (90) haec conjunctio in positionem adsumitur, ut arsim dactyli vel spondei arsim thesimque poeta conficiat; in synaloephen sexies (II, 52; III, 54; I, 108; II, 64; III, 53; I, 100), quadragies et sexies (46) in dactylum, sexagies et bis (62) in spondeum, semel ad arsim tertii pedis pentametri componendam (II, 64); vicies et septies (27) in arsin dactylicam, decies et novies (19) in thesim dactylicam; quinquies (5) in thesim spondaicam, quinquagies et septies (57) in arsim spondaicam. Transponitur ter ad thesim primi pedis dactyli pentametri componendam, bis ad arsim dactyli secundi pedis, quater ad arsim spondei II^i pentametri pedis, bis ad thesim spondei I^i pedis; supervacanea bis adsumitur, semel ad thesim dactyli (III, 53) primi pedis, semel ad spondei (V, 28) arsim primi pedis efficiendam.

4. Quĕ — Conjunctio - *quĕ* - 87 occurrit, 57 in hexametro, 30 in pentametro: – a) *secundum dicendi leges*, α) ad thesim dactyli efficiendam: I, 9, b^5; 35, b^5; 43, b^5; 62, a^1; 65, a^1; 71, b^5; 78, a^1; 93, b^4; 97, b^4; 107, a^3; 109, b^4; 131, a^1; 133, a^3; 134, b^2; 138, b^2; 154, b^2; 177, b^5; 195, a^3; 201, b^5; 214, a^1; 215, a^3; 219, a^1; 221, b^5; 239, a^1; 243, a^3; 256, a^1; 272, a^1; 287, a^1; II, 5, a^1, b^4; 6, b^2; 24, b^1; 27, a^3; 50, a^1; III, 12, b^1; 19, b^4; 20, a^1; 26, b^2; 31, a^3; 37, b^4; 57, b^5; 75, a^3; 86, a^1; 89, b^1; IV, 1, b^4; 4, a^1; 18, b^2; 20, b^2; 29, b^5; 47, b^4; 59, b^5; V, 15, b^5; 24, a^2; 27, b^5; 35, a^3; 43, b^5; 49, b^5; 58, a^1; 73, b^5; 82, a^1; 85, a^3; 88, b^2; 94, b^2; 98, b^2; 120, b^2; 121, b^4; 122, b^2; 133, a^3; 136, a^1; 143, b^5; 149, b^5; VI, 6, b^2; β) in synaloephe, in arsi dactylica et spondaica: II, 65, a^3; V, 125, b^4; VI, 9, b^4; γ) in synaloephe, in thesi spondaica: I, 8, a^1; III, 83, b^4; V, 55, a^3.

Occurrit: – b) *contra leges dicendi*, α) ad thesim dactyli efficiendam I, 58, a^2; 281, b^4; V, 73, a^2; 111, b^5; VI, 7, b^5; β) in synaloephe, in thesi spondaica: I, 178, a^2.

Huius particulae sedes primus et quintus hexametri, primus I^{ae} et secundus II^{ae} pentametri partis videtur esse; nec vero desunt aliae sedes, quin etiam haec particula una in omnes versuum sedes adsumitur, semel in II^{um} hexametri pedem, ter in II^{um} pen-

tametri, quo in pede, excepto V, 24, semper contra leges occurrit. Cum brevis sit, nec, nisi impropria, produci positione possit, sedes conjunctionis - *quĕ* - in pede est thesis dactylica, vel ad primam vel ad secundam brevem explendam; verum et in arsi dactylica ac spondaica et in thesi spondaica occurrit, sed in synaloephe, ut perspicuum est. At, cum haec conjunctio vicem particulae - *ĕt* - expleat, eius sedes technica revera primus videtur esse pentametri pes, nedum quintus hexametri ac secundus II^{ae} partis pentametri, quibus in locis - *ĕt* - plerumque incommoda esset.

Hic vero videndum esset, quoties haec particula pro - *ĕt* -, metri causa, adhibita sit, nisi tempus me deficeret: verum in universum, accipe, - *quĕ* - pro - *ĕt* -, metri causa, extare, primum, cum vel contra leges vel in synaloephe vel in sede non propria occurrat (in arsi dactylica aut in arsi et in thesi spondaica, in quibus semper in synaloephe est); deinde, ubi - *quĕ* - post *vocalem* et *m* occurrat, cum ne transpositione quidem conjun. - *ĕt* - uti possibile sit (e. g.: *cūmquĕ nĭhīl videam = cum ēt nĭhīl videam*); postremo, ubi post vocalem, ad evitandam synaloephen et pro spondeo dactylum lucrandum (e. g.: *īpsăquĕ|mē = īpsa ēt me*). Ex quo effici cogique potest conjunctionem - *quĕ* - pro - *ĕt* - generatim exstare, ut brevem poeta lucretur nullius dicendi legis violatione.

Contra leges dicendi denique sexies (6) - *quĕ* - occurrit; in synaloephe decies (10): in arsi dactylica et spondaica ter (3), in thesi spondaica secundum leges ter (3), contra leges dicendi semel (1), in thesi dactylica ter (3); in dactylo octogies semel (81), in spondeo sexies (6); bis ad elisionem vitandam (II, 5: *iāmque ălĭ|os = ĕt jam ălĭ|os*; I, 178: *iāmque īpsum = - quĕ -* abundat); bis transponitur ad dactylum conficiendum (I, 58; VI, 7: *pariter iuve|nēsquĕ fĕ|runtur = pariter et, ac iuvenes*); bis abundat (V, 73; I, 178); bis contra leges copulationis latinae est (I, 281; V, 111).

5. dŭm — Conjunctio - *dŭm* - 7 occurrit, semper in hexametro, *secundum leges dicendi:* α) in positione, ad arsim dactyli efficiendam: I, 9, a[1]; III, 21, a[1]; 57, a[1]; V, 3, a[1]; β) in positione, ad arsim thesimque spondei componendam 1) ad arsim: V, 107, a[1]; 2) ad thesim: I, 9, a[1]; 75, a[1].

Sedes huius conjunctionis est primus hexametri pes; semper in positione occurrit, numquam contra lĕges, quater in dactylo, ter in spondeo.

6. cŭm — Conjunctio - *cŭm* - 13 occurrit, 9 in hexametro, 4 in pentametro: a) *secundum leges dicendi*, α) in positione, ad arsim dactyli efficiendam: I, 239, a^1; 287, a^1; II, 45, a^1; V, 149, a^1; β) in positione, ad thesim spondei componendam: I, 15, a^1; 116, a^1; 184, a^1; III, 49, a^1; IV, 33, a^1; V, 7, a^1; 152, a^1; b) *contra leges dicendi*, α) in positione, ad arsim dactyli componendam: I, 112, a^2; β) in positione, ad thesim spondei efficiendam: II, 11, b^3.

Particulae huius sedes primus hexametri pentametrique pes est; semper in positione, bis contra leges occurrit: sic elisio vitatur; quinquies (5) in dactylo, octies (8) in spondeo.

I. Genetivus ĭus ([2]). – Cum genetivus – *īus* pronominalium consonam - *i* – recipere non potuisset, nescio qua de causa, inde ab antiquissima iam aetate correptum – *i* - natura longum constat. Ideoque progrediente aetate eis formis poetae dactylici usi ambigua sunt quantitate; en quod de re ipsa Priscianus tradit (p. 694): " Sciendum, quod in – *ius* terminantium genetivus produci paenultimam, nisi poetica auctoritas eam corripiat, excepto " *alter alterius* ", quod ideo magis correptam habuit paenultimam, quod duabus syllabis vincit genetivus; quod igitur crevit syllabis, hoc minuit tempore ". Verum hic mire grammaticus deceptus est ([3]), nam, cum constat antiquitus " *alterius* " correptum esse, certum tum admodum est Terentianum " ne sero quidem saeculo " produxisse. Inde Prisciani deceptionis causa est, quod eius aetate in metris dactylicis, quae longe erant frequentissima, – *ĭ* – correptum semper videretur. Hic vero aliam animadverte caussam correptionis in dactylico metro perpetuae - *ĭ* - pronominalis " *alterius* " grammaticorumque deceptionis; cum enim aliae for-

---

([1]) Cfr. Müll. d. r. m. p. 285.
([2]) Cfr. Müll. d. r. m. p. 285-6, 484; Neue, Formenlhere II, 516-546.
([3]) Cfr. Müll. d. r. m. p. 286.

mae " *unius, nullius, illius, ullius* „ correptae vel productae occurrerent, sequente vocali aut consona, " *alterĭus* „ nulla alia forma, nisi - ĭ - minuta, in dactylico metro possibilis legitimaque est, vel si consona sequatur vel si vocalis.

Haec sunt omnia, quae pronominalium occurrunt exempla correptionis apud Maximianum: *āltĕrĭūs* (ant. cons.) II, 67, a[2-3] (1); *ūnĭūs* (ant. voc.) V, 116, a[1] (2); *nūllĭūs* (ant. voc.) II, 38, a[1] (3); *īllĭūs* (ant. voc.) IV, 39, a[1] (4).

II. fĭeri (5). — Verbi " - *fieri* - „ prima syllaba longa est, sed corripitur sequente - r -. Confer vero quod de hac licentia disserit Bednara, cum quo prorsus mente animoque convenio.

In elegiis, quas perscrutati sumus, nullum eius verbi exemplum invenimus, quod sub hanc licentiam caderet. Hae sunt partes verbi " *fieri* „, quae apud nostrum occurrunt: - *fit* (ant. cons.) I, 107, b[4]; 170, a[1]; 270, b[1]; III, 77, a[2]; 77, b[4].

Nil igitur ad naturam verbi - *fieri* - pernoscendam Maximianus noster protulit.

III. Appendix de vocabulis graecis. — In vocabulis graecis externa servatur quantitas ideoque vocalis ante vocalem posita non breviatur, nisi ipsa sua sit natura brevis vel communis. Hac proprietate decepti, grammatici poetaeque inde ab optimo linguae latino saeculo pro arbitrio in eis verbis longam ante vocalem corripuēre in media voce, nec non brevem produxere vocali quidem insequente, cum pu-

---

(1) Cfr. Neue II, 538; Müller d. r. m. 286; questo esempio manca presso Neue.

(2) Cfr. Neue II. 519.

(3) Cfr. Neue II, 523: manca il presente esempio.

(4) Cfr. Neue II, 423: sta come pronome.

(5) Cfr. Müll. d. r. m. 285-86; Neue III, 628-30.

tarent poetarum placitis in hisce verbis correptionem inniti vel productionem.

Itaque Maximianus noster recte produxit - ĕ - in vocabulo *ēoos* V, 1, a1-2, ubi prima vocalis communis est, sed haud probe - ŏ - in *Bŏēthĭum*, qua in voce brevis in graeco quoque sermone vocalis est. Verum hac in arte poeta excusatur a Muellero, qui ait non intellegere se, " cur ultimi Latinorum in externo sermone abstinuerint licentia ista, quam vel optimo tempore identidem admisere ipsi Graeci " (1).

Γ) Synizesis (2).

Tria in latino sermone synizesis, quae fit coalitis in diphthongum vocalibus, sunt genera, duo latinae originis, quorum alterius tantum in Maximiano exstat exemplum, tertium graecae: *antēire* I, 27, b4-5 (3).

Graecanica synizesis nusquam apparet, cum perpauca sint vocabula graeca a poeta nostro adhibita.

Δ) Syncopa (4).

Maximianus quoque noster semel usus est arte, quam syncopen grammatici vocant, ut versui vocem omnino ineptam aptaret; itāque dixit: *dēxtrās* III, 75, b6 pro *dēxtĕrās*.

---

(1) Cfr. Müll. d. r. m. p. 287-89.

(2) Cfr. Müll. d. r. m. p. 311-327.

(3) Cfr. Lex. Forcellini. — Secondo Müller (Metr. d. gr. e rom. p. 90) si dovrebbe pronunciare *antire*.

(4) Cfr. Müll. d. r. m. p. 455-56.

LIBER TERTIUS [1]

Remedia e formarum alternatione petita.

Dactylici poetae ut congruentem metro, e Graecia in Ialiam ab Ennio translato, linguam latinam, quantum id fieri posset, efficerent, optimis latinitatis temporibus, multos ac diversos dolos et artes, quas posteriores elegiaci secuti sunt, invenerunt ac saepissime adhibuerunt. Maximianus vero noster mihi videtur pauperior fuisse harum artium metricarum, quibus copiosius multo usi sunt optimi duces praecessoresque eius: ita perpauca remedia, quae dactylici Augusti aevi e formarum alternatione petiere, in Maximiano sunt; cautior poeta noster Ovidio est in verbis in versu transponendis; praeterea nullum apud eum est remedium, quod e graeca arcessat flexione, cuius sex vel septem voces in omnibus elegiis occurrunt (*mĕlŏs* I, 28, b^{2-3}; *Bŏēthī* III, 48 a^{2-3}; *ēŏŏs* V, I, a^{2-3}; *Ŭlīxēs* V, 20, b^{1-2}; *chăŏs* V, 110, b^{2-3}). Attamen distichon eius elegiacum formae elegantia arteque floret, fortasse praeter caeteros omnes aetatis eius, atque auctorem in optimorum numero elegiacorum ponit.

Unde ista paupertas? Num Maximiani facilitas tanta fuit, ut ipse in carminibus pangendis nullo singulari egens remedio superbum Ovidii illud dicere potuisset: " et quod temptabam dicere versus erat "?

Haud ita credo. Immo metri artium dolorumque paucitatem poetici ingenii vis inopiam esse habendam puto.

---

(1) Cfr. Müll. Arch. f. lat Lex. u. Gram. vol. XIV, f. 3, p. 338.

Nunc accipe quae remedia in formarum alternatione poeta adhibuit in elegiis penitus a nobis examinatis.

A) Declinationes.

I^a^ et II^a^ declinatio. — Artes, quae saepius in prima et secunda declinatione occurrunt, in eo sitae sunt, quod elegiaci poetae graves ac molestas formas genetivi pluralis - *arum*, - *orum* in - *um*, genetivi - *ii* nominum, in - *ius* vel - *ium* in nominativo exeuntium, in - *i* (quod inde factum est ab antiquissima aetate usque ad Catulli aevum) contrahant.

Verum decem genetivorum pluralium - *orum*, - *arum*, quorum quattuor ad primam, sex ad secundam declinationem spectant, atque quinque singularium - *ii* nullus est contractus.

Exstant vero duae formae peculiares, altera primae, altera secundae declinationis: -

α) dat. plur. *is* pro *abus*: cum incommodus ei essȇt gravis dativus *nātābus*, poeta contraxit in nā|tīs I, 60, a[2-3] (1).

β) accus. plur. *o* pro *os*: nulla cogente causa, pro *dŭōs* poeta dixit *dŭ|ŏ* V, 116, b[2-3], in prosa quoque oratione usitatum (2).

III^a^ declinatio. — In tertia declinatione poetae dactylici genetivum pluralem nominum adiectivorumque parisyllaborum in - *um* pro *ium*, metri necessitate, coacti sunt flectere, cum voces in - *ium* formatae saepissime a metro abhorrerent; itemque, plerumque commoditatis gratia, necessitatis aliquoties, ablativum singularem in - *e* formavere pro - *i* aut in - *i* pro - *e*.

---

(1) Cfr. Georges Prof. Dr. K. E.: Lexicon der lateinischen Wortformen.

(2) Cfr. Neue II, 279-283; Georges, Lex. Wortf.

α) genetivus - *um* pro - *ium*.

Novem exstant tertiae declinationis plurales in - *um* flexi, quorum duo pro - *ium*: *vŏlŭ|crūmquĕ* V, 111, b^{4-5} pro usitato *vŏlŭcrĭum* (1); *pă|rēntŭm* III, 71, b^{5-6} pro usitato *părēntĭum* (2).

β) ablativus - *e* pro - *i*.

Octoginta novem ablativi tertiae declinationis in - *e* formati a Maximiano usurpantur, quorum tres modo occurrunt pro formis in - *i*, semper ut brevem lucretur poeta: *ōrbĕ* I, 10, b^2; V, 112, b^2 pro minus usitato *ōrbī* (3); *fīnĕ* I, 290, b^2 pro minus usitato *fīnī* (4); *īmbrĕ* I, 243, b^6 pro usitato *īmbrī* (5).

γ) ablativus - *i* pro - *e*.

Duodecim ablativi - *i* finiti in elegiis sunt, quorum unus pro forma in - *e*, cum haec forma inepta sit: *tĕrĕtī* I, 99, a^{1-2}; pro *tĕrĕtĕ* (6).

Duobus his locis I, 32, b^{1-2}; I, 274, b^1, in secundo pentametri hemistichio, a quo forma spondaica vel cretica erat exclusa, aliunde auxilium arcessivit, remedium syntacticum ut vitaret formas ineptas *tēmpŏrī* et *dĕcōrī* (eo loco tantum ineptam), adhibens, ac, constructione mutata, ablativum posuit pro dativo poeta noster: -

iūnctă dĕ|cōrĕ I, 32, b^{1-2} pro *iūnctă dĕ|cōrī*
tēmpŏrĕ cēdăt I, 274, b^{1-2} pro *tēmpŏrī cēdăt*

Ex his igitur effici potest ablativum in - *e* formatum

---

(1) Cfr. Neue I, 260-61: manca quest'esempio; Georg. Lex. Wortf.

(2) Cfr. Neue I, 264-66: manca l'esempio nostro. I grammatici moderni (Schultz e altri) dicono che come sostantivo *parens* fa al gen. plur. - *um*, gli antichi invece - *ium*; gli scrittori poi fanno come credono, mentre i poeti secondo il comodo del verso.

(3) Cfr. Neue, I, 222: Cic. ed altri *orbi* abl.

(4) Cfr. Neue I, 219-20: esiste *fini* abl.

(5) Cfr. Neue I, 235-36 e nell'Indice (vol. IV) sotto il nome.

(6) Cfr. Neue II, 83.

a Maximiano praelatum esse, nam, cum *īmbrī* in sexta sede collocare potuisset, *īmbrĕ* dixit.

δ) Ablativus pluralis - *is* pro - *ibus*.

Bis occurrit forma *quīs*, pronominis relativi contracta pro *quĭbŭs*, in positione et sequente semel praepositione *sĭnĕ*: *quīs sĭnĕ* I, 178, a[1]; *quīs lĕ|ctor* III, 3, a[1-2].

IV[a] a declinatio. — Nullum e quarta declinatione remedium arcessivit poeta noster, qui sexdecim ablativis numero singularibus usus est.

Nomina abundantia. — Cum nominis duae exstant flexiones, si alterius forma declinationis incommoda vel inepta est, ad alteram confugiunt, si non exstat, flexionem.

Maximianus vero usus est his verbis, quae in aliis quoque scriptoribus apparent abundantia, quorum tres species distingue: heteroclita, heterogenea et heteroclita simul ac heterogenea.

α) - *a* - *es* - Voces primae declinationis nonnullae, quae in nominativo tribracho sunt finitae, minime versui aptae sunt, nisi in elisione ponantur; idcirco tales voces apud dactylicos habent formas vicarias quintae declinationis.

Qua de causa, cum Maximianus dixisset: *mātĕrĭā* (abl. s.) I, 169, a[1-2]; *trīstĭtĭaē*, *trīstĭtĭaēquĕ* (gen. s.) III, 50, b[2-3]; V, 94, b[1-2]; *trīstĭtĭās* (acc. pl.) V, 68, a[2-3], adhibere coactus est *blāndĭtĭēs* V, 101, a[2-3] pro *blāndĭtĭā* (1), cum Ovidius forma plurali *blāndĭtĭaē*, *arum* usus esset.

β) - *um* - *us* - Modo poeta cogitur, ut brevem lucretur, forma brevi finita uti, modo, ut longam paret, vocem longa terminatam praeferre. Sic grammatici discri-

(1) Cfr. Apul. met. 9, idem; Georg. Lex. lat. Wortf. p. 98; For cell. I, 568–69; Georg. Ausfürl. Wörterb. I, 786.

men instituunt inter *locos* et *loca*, quod altera forma peculiari sensu praedita denotet partes sive libri cuiusdam sive quaestionis, altera generatim significet quidquid continet aliquid, sive, ut ait Varro l. 4. de L. L. c. 2, ubi quidquam consistit, i. e. spatii partes. Itemque duplex est forma vocis - *iocus* - in numero plurali, altera masculina, altera neutra.

Maximianus *lŏcōs* III, 25, a^{2-3} pro *lŏcă* sensu generali (1), *iŏcōs* I, 179, a^{2-3} pro *iŏcă* (2) exhibet.

γ) - *um* - *o* - Formae, quales *iūssĭō̆ iūssĭōnĭs*, *dēcēptĭō̆ dēcēptĭōnĭs*, ineptae prorsus sunt metro dactylico proptereaque poetae cogebantur ad aliam flexionem refugere.

Sic Maximianus pro *ōblīvĭōnēs* (3) prorsus inepto dicit *ōblīvĭă* I, 23, b^{4-5}; IV, 33, b^{4-5} dactylumque in quinta sede lucratur.

δ) - *um* - *es* - Nonnulli masculini quartae declinationis habent formas vicarias neutrius generis in secunda, quae in plurali numero brevem insuper exhibent: quo beneficio Maximianus quoque usus est dixitque *iūssă* I, 268, b^2; V, 130, b^2 (4) pro *iūssūs* vel *iūssĭōnēs*.

ε) - *us* - *a* Nominativus *sĕnēctūs* in quarto vel sexto hexametri pede collocari potest, veluti apud Maximianum I, 1, b^{5-6}; 55, b^{5-6}; 223, b^{5-6}; 217, b^{5-6}; 261, b^{5-6}; II, 65, b^{5-6}; verum in poeta nostro occurrit, finali correpta, in secundo pentametri hemistichio I, 246, b^{1-2} *sĕ|nēctŭs* (5).

Genetivum perperam dixit metro repugnantem Bed-

---

(1) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 393: loci, loca; Forcell. III, 789-91; Georg. II, 613-15.

(2) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 362: ioci, ioca; Forcell. III, 616; Georg. II, 420.

(3) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 464; oblivia, obliviones; Forcell. IV, 346; Georg. II. 1111-12.

(4) Non si trova presso Georg. Lex. lat. Wortf.; Forcell. III, 654; Georg. II, 445.

(5) Cfr. Forcell. V, 443.

nara ([1]), cum poeta noster eum usurpaverit in primo pentametri hemistichio, *sĕ|nēctū|tīs* (in posit.) III, 12, a^{1-2-3}; sed revera forma gravis est et incommoda atque a nostro quoque, commoditatis gratia, in *sĕnēctūtĭs* vicem prisca forma, iam a comicis usurpata, reposita est IV, 3, b^{5-6} *sĕnēctaē* ([2]).

Quo loco proprie apteque poeta forma *sĕ|nēctă* usus est, cum discrimen inter *sĕnēctūs* et *sĕnēctă* in eo ponatur, quod *sĕnēctă* abstractu sensu dicatur (= *vecchiezza*), *sĕnēctūs* concrete de senibus (= *vecchiaia*): verum haud semper discrimen servatur.

Eadem de causa, III, 1, b^{5-6}, scriptum est *iŭvēntaē* ([3]) pro *iŭvēntūtĭs*, itemque abstracto sensu (= *giovinezza*).

ζ) - *as* - *es* — Similiter voces tertiae declinationis in - *as*, *atis* graves omnino et incommodae sunt ideoque a dactylicis vitantur earumque in locum formae quintae declinationis reponuntur.

Ita Maximianus dixit *paūpĕrĭ|ēm* (in posit.) I, 53, a^{1-2} pro *paūpērtātem* ([4]).

Hoc est inter *pauperiem* et *paupertatem* discrimen, quod (Isid. Differ. 446) *pauperies* dammum est, *paupertas* ipsa conditio.

η) - *es, etis* - *es, ei* — Haud dissimilis res est in voce *rēquĭēs* ([5]), cuius duae extant flexiones, secundum primam et quintam declinationem; verum in Maximiano nominativus tantum occurrit: I, 4, a^{2-3}; 192, a^{1-2}; 249, b^{3-4}.

([1]) Cfr. Arch. f. lat. Lex. u. Gram., v. XIV, f. 3, p. 346.

([2]) Manca presso Georg. Lex. lat. Wortf.; cfr. Forcell. V, 442–43; Georges II, 2328.

([3]) Non esiste presso Georg. Lex. lat. Wortf.; cfr. Forcell. III, 658–59; Georg. II, 449–50.

([4]) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 500. - Forcell. IV, 539–40; Georg. II, 1349–50.

([5]) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 597-98; Neue I, 848-49. — Forcell. V, 190-1; Georg. II, 2088.

ϑ) *as, atis - o, onis* — Est aliquoties discrimen significationis inter unam et alteram vocis cuiusdam formas, sed a scriptoribus neglegitur, in primis a poetis, qui alteram alteri formae praeferunt quantitatis metricaeque commoditatis gratia impulsi. Sic Maximianus pro inepto, sed proprio loci sensu nomine *cŭpīdĭtātĕ* coactus est *cŭpīdĭnĕ* III, 9, b^{4-5} (1) usurpare.

Cupiditas de animi habitu lubidinoso fere dicitur, *cupido* autem de studio ac voluntate aliquid nanciscendi; Nonius 5, 58 ex Lucilio ita distinguit, ut cupiditas minor sit et temperatior, defluens ex cupidine.

ι) - *us* - *or* — Inter *decus* et *decor* (2) hoc est discrimen (C. Fronto, De diff. verbor p. 2191 Putsch.), quod *decor* formae, *decus* honoris sit; sed a poetis nullum aliud admittitur discrimen nisi quantitatis. A nostro quoque Maximiano promiscue miscentur formae: - *dĕcŭs* (in posit.) I, 9, a^{2-3}; *dĕcŭs* I, 106, b^{2-3}; *dĕcōrĕ* I, 32, b^{1-2}; *dĕcōrĭs* II, 21, b^{5-6}.

B) Coniugationes.

α) In universum de coniugatione

Terminatio - ērĕ pro - ērūnt in perfecto indicativi (3). — In tertia persona plurali perfecti indicativi poetae dactylici multo saepius formas in - *ērĕ*, ad brevem lucrandam, usurpavere.

Sic Maximianus, cum dixisset *vīcērūnt* III, 78, a^{1-2} *coēpērūnt* III, 74, a^{1-2}, metri causa, nam voces *vīcērĕ*, *coēpērĕ* in prima sede prorsus ineptae sunt; semper, eadem

(1) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 185. — Forcell. II, 544; Georges I, 1694-98.

(2) Cfr. Neue I, 272. — Forcell. II, 590-91, 596; Georg. I, 1805, 1813-14.

(3) Cfr. Neue III, 190-98.

de causa, in elegis forma breviata usus est: - *plăcŭ|ĕrĕ* I, 206, b^{1-2} [1]; *tĭmŭ|ĕrĕ* I, 286, b^{1-2} [2]; *pĕrĭ|ĕrĕ* I, 188, b^{1-2} [3].

Perfecti formae sine - v - [4] — Littera - *v* - sublata, commodiores elegiaci faciebant formas perfecti, plusquamperfecti, futuri exacti, complurium productione syllabarum nimis graves.

Maximianus exhibet has formas: *cōmmĕmŏ|rāssĕ* I, 280, b^{1-2} [5]; *ēxsŭpĕ|rāssĕ* III, 86, b^{1-2} [6]; *nō|stī* II, 66, a^{2-3} [7]; *nōrăm* III, 7, b^{6} [8]; *pĕrĭ|ĭt* (in posit.) [9] I, 5, b^{3-4}; II, 21, a^{2-3}; *pĕrĭ|ĕrĕ* I, 188, b^{1-2} [10].

Imperativi futuri formae pro praesentis. — Praesentis profecto simplices formae metro aptiores sunt quam formae plenae futuri; verum poeta pro commodo suo illis has praefert aliquoties, absente futuri significatione.

Maximianus ita profert: *dīcĭtŏ* III, 53, 54, a^{1}; 66, b^{1} pro *dīc*; *mă|nētō* III, 83, b^{5-6} pro *mănĕ*.

β) Singulariter de variis coniugationibus

Ia coniugatio. — A participio *īmplĭcātus*, quod solum est in usu apud prosae orationis scriptores, proveheretur perfecti forma *īmplĭcāvī*, quae prorsus metro repugnat; propterea poetae dactylici confixerunt *īmplĭcŭī* ex *īmplĭcĭtus*, quae forma una apud eos exsistit.

Item Maximianus dixit semel *īmplĭcŭ|ī* I, 26, a^{1-2} [11].

---

(1) Cfr. Neue III, 370, 373: manca questo esempio.
(2) Cfr. Neue III, 397.
(3) Cfr. Neue III, 197 (193, 196).
(4) Cfr. Neue III, 430-500.
(5) Cfr. Neue III, 57 e l'Indice (v. IV): Cic. Verr. I, 8, 23.
(6) Non esiste presso Neue.
(7) Cfr. Neue III, 486.
(8) Cfr. Neue III, 489.
(9) Cfr. Neue III, 443.
(10) Cfr. Neue III, 196.
(11) Cfr. Georg. Lex. lat. Wortf. p. 341; Neue III, 523-25: manca il presente esempio.

Verb. subst. esse. — In coniunctivi imperfecto formae spondiacae vel trochaicae occurrunt *ēssēnt*, *ēssĕt*, quibus veluti gravibus dactylici iam a Plauto praetulerunt pyrrichicas vel iambicas formas *fŏrĕt*, *fŏrēnt*.

In Maximiano occurrunt: *fŏrēnt* I, 51, b^{3-4} (1); *fŏrēt* (in posit.) IV, 25, a^{3-4} (2).

— Haec est exigua artium copia, quibus poeta noster in coniugatione usus est.

---

(1) Non esiste in Neue III, 606-11, l'esempio nostro.
(2) Cfr. Neue III, 606–11: non esiste l'esempio nostro.

LIBER QUARTUS

Remedia syntactica. (1)

Quinque remediis, quae ex syntaxis arte quaerebant, dactylici poetae voces incommodas vel metro repugnantes versui inserebant, nam eas aptabant, ipsarum immutantes

α) vel *numerum*, cum pluralem pro singulari aut singularem pro plurali ponerent;

β) vel *casum*, constructione verbi submutata aut novata;

γ) vel *genus*, si nomen aut verbum ambiguo genere essent;

δ) vel *tempus*, posthabita temporum consecutione pro metri necessitate;

ε) vel *nexum* cum sententiis, quae enallagae figura vocatur.

A) Syntaxis numerorum.

1. Declinationes.

Pluralis pro singulari.

Pluralis est vel generalis vel poeticus: alter solutae orationis, alter poesis proprius. Hic totiens statuendus est, quotiens prosa oratio, a poesi nondum infecta, esset singulari numero usa; idcirco huc semper afferendus est pluralis eorum nominum, quae grammatici dixerunt singularia tantum.

---

(1) v. Arch. für lat. Lex. u. Gram. vol. XV, f. 4, p. 532.

Pluralis poetici origo videtur e sermone volgari repetenda esse: quem usum, cum in poesim transisset, libenter ac saepissime usurpaverunt poetae dactylici, quibus nulla alia ars relinquebatur, qua voces a metro dactylico plane abhorrentes in versum redigerent.

At hic usus, qui primo in dactylicorum sermonem metri necessitate receptus erat, deinde fusius latiusque per omnes poesis fines serpsit manavitque atque commoditati serviit poetarum, qui demum etiam ultro formas plurales pro singularibus quaerebant, ut poeticam dictionem a prosaica distinguerent exornarentque. Huius usus maximus progressus inde ab aetate Ciceronis factus est, cuius rei causae videntur esse nonnullae: quarum maximae, **analogia** primo, quam poetae in communi oratione conspiciebant in iis nominibus, quae pluralia tantum appellantur ac singulares notiones significant, veluti *fores*, *nuptiae*; **imitatio** deinde poetarum graecorum, qui pluralem pro singulari iam obtinuerant exemplaque imitanda exhibebant.

Bednara, in hac disputationis suae parte, *fata* uniuscuiusque pluralis poetici, incrementis cuiusque descriptis, adumbrare sibi proposuit fecitque; nos, cum supervacaneam hanc doctrinae ostentationem, ex operibus, quae in manibus omnium sunt, haustam, atque inutile prorsus eadem repetere, quae complures dixere, putemus, investigationem nostram intra fines modestiores includentes, de plurali poetico loquemur, quatenus in Maximiano apparet. Attamen nos quidem, cum Maximianus praecedentes se poetas imitatur, exempla eorum neglegentes, opera, quae de eisdem tractationem praebent ac nobis in manibus sunt, referemus Indicem, quem exhibemus, conspectumque vero pluralium poeticorum in duas partes divisimus, alteram pluralis pro singulari casuum, quos poeta tulit metri necessitate coactus, alteram casuum, quos commoditatis gratia.

Nunc autem, priusquam opus meum ingrediar, asse-

rendum mihi est sententiam meam de pluralis poetici natura cum Bednara, Koenio, Appelio, Maasio aliisque, " qui pluralem poeticum e rationibus metricis explicandum esse censeant ", convenire.

Iª - Declinatio.

Haec sunt poetici pluralis exempla, quae huius declinationis in elegiis occurrunt: -

α) commoditatis gratia (1)

causae - III, 50, a^{2-3} *cau|sas* (ant. cons.): de una causa dictum, sc. amore; deinde, paulo inferius, singulari utitur, III, 59, b^{6}, idem dicens, poeta. p. p. s.

curae - IV, 31, a^{2-3}, b^{6} *meas .... curas*: concinnitatis causa sequente plurali *somnia*; sed III, 49, a^{2-3} elisionis vitandae causa versusque componendi: *curis intentum* pro *curae intentum*. p. p. s. Alias vox haec plurali numero occurrit, sed plurativo sensu.

flammae - V, 46, a^{2-3} *his flammis* pro *huic flammae*, de amore; nulla metri vi cogente.

nebulae - I, 147, a^{2-3} *nebulas* (ant. cons.) nulla metri vi cogente, sed metro exigente I, 242, a^{2-3} *ōffĭcĭ|ūnt nĕbŭ|laē* (ant. con.) p. p. s. (2).

pluviae - I, 35, b^{4-5} *plŭvĭāsque* cum plurativa notione (3).

undae - I, 185, b^{3-4} et b^{6} *sitiens vicinas* (ant. cons.).... *undas* de uno Tantalo; sed cfr. Apul. De deo socratico, 22 eādem de re: *sitire fallacis undae*. p. p. s.

viae - I, 118, a^{2-3}, b^{2-3} *tartareas* (ant. cons.).... *vias*. p. p. s.

β) necessitatis gratia (4)

curae - Cfr. superius

*nebulae - Cfr. superius

---

(1) Sotto la rubrica *commoditatis gratia* sono raccolti i plurali, che il poeta usò per comodità sua nel fare il verso e quelli di cui andò in cerca per abbellire la sua poesia.

(2) Cfr. Maas: Stud. zum poet. Plural b. d. Röm. A L G, XII, 479-550; p. 519, 526, A.

(3) Cfr. Neue 1, 605; Hailer, 11.

(4) È cosa assai difficile e sempre molto incerta stabilire quali plurali sono ammessi per necessità e quali no. Generalmente s'intende

rosae - I, 90, a[2-3] et b[2-3] *prŏprĭīs* (ant. voc.)... *rosis* p. p. s. (1).

tristitiae - V, 68, a[1-2-3] *proice tūstĭtĭās* (ant. voc.), elisionis vitandae gratia, nam cfr. V, 94, p. p. s. (2).

IIª - Declinatio.

I. Masculina et feminina pauca exhibent pluralis poetici exempla: -

a) commoditatis gratia

animi (3) - V, 149, b[3-4-5-6] *vires animosque resumis* (de mentula) concinnitatis causa, praecedente plurali *vires*. p. p. s.

---

ammessa per necessità nel metro nel plurale una parola, che nel singolare non può entrare, assolutamente, per la sua prosodia contraria al verso dattilico, come *praemium* davanti a consonante. Ma in realtà, oltre queste parole, che d'altra parte vengono talvolta immesse dietro l'elisione, ben più altre sono fatte plurali per necessità, non perché la loro prosodia è contraria alla natura del distico, ma per evitare nessi di vocaboli, che ad esse s' accompagnano, i quali sarebbero affatto ripugnanti al carattere dell'esametro e del pentametro. Anche questa necessità quindi dev'essere tenuta in conto sotto l'aspetto metrico, non grammaticale, e, secondo il mio parere, assai più che non l' altra, giacchè delle due quella che dà maggiormente risultati di piedi contrari alla natura del verso elegiaco è la seconda. Parole o nessi di parole, che sono per quantità piedi cretici o proceleusmatici o peoni IV, non compaiono affatto nel metro dattilico e sono sempre sostituite dai sinonimi (e la rimozione di esse dal verso fa parte dei rimedi lessicali), tanto sono contrari o meglio impossibili. Ora piedi tali possono essere dati anche dai nessi di parole. Però anch' io, seguendo l'uso comune, distinguerò tali parole, che si dicono per natura contrarie al metro nostro, con un asterisco, sopratutto se fanno parte dei *singularia tantum*, ma non lascerò di porre sotto la lista dei plurali per necessità parole, che, per sè non contrarie all'indole del verso dattilico nel singolare, sono usate al plurale per evitare *hic et nunc* nessi ripugnanti al metro stesso. Se poi si voglia fare il sottile, ci sarebbe da osservare che le prime parole sono appunto contrarie sopratutto per la legge di posizione, per cui la loro necessità metrica viene a cadere sotto la seconda specie. Ma basti d'aver date le ragioni del mio procedimento.

(1) Cfr. Maas, 525; Bednara, 538.

(2) Cfr. Neue I, 640.

(3) Cfr. Hailer, 24.

capilli (1) - II, 55, b^{5-6} *capillis*, nulla cogente causa, *de coma*; sed plurativo sensu, V, 25, b^{5-6} *capillos* de singulis capillis dictum. p. p. s.

horti - I, 189, a^{1-2-3} et b^{6} *in auricomis* (ant. cons.).... *hortis* plurativo sensu, sed cum singulari *dependens draco* coniunctum.

libri - I, 145, a^{1-2} *libros* pro *librum* (ant. cons.), nulla causa sed elegantiae studio, puto.

tituli - I, 12, a^{2-3} *titulos* pro *titulum*, metro non exigente, eadem de causa, qua *libros*.

venti - I, 35, b^{3-4} *ventos*, plurativo sensu et sequente *pluvias*.

β) necessitatis gratia

cibi - I, 186, a^{2-3} et b^{2-3} *appositis* (ant. voc.).... *cibis*, fortasse plurativo sensu, sed metro cogente.

loci - III, 25, a^{2-3} *locos* (ant. voc.) ad elisionem vitandam. p. p. s. cfr. distichon III, 75-76.

*scopuli - V, 22, a^{2-3} *scoputos* (ant. voc.) elisionis vitandae concinnitatisque causa.

tauri - I, 269, a^{1-2-3} et b^{6} *deficiunt validi.... tauri*, plurativa quadam fortasse significatione, sed tribus sequentibus singularibus *equus*, *leo*, *tigris* metroque exigente.

II. - Maximus est exemplorum numerus in nominibus neutrius generis.

Huius rei causa in eo ponenda est, quod formarum, quae ante terminationem - *um* trochaeum praebent, pluralis non modo unus est aptus, sed etiam a metri rhytmo postulatur ad quintam sedem hexametri et secundum pentametri hemistichium dactylo explenda saepissime. Voces, quae prosodiā sunt similes nomini *bellum*, in plurali numero sunt aptiores, complexu quoque verborum, quibus comitantur.

α) commoditatis gratia

imperia - V, 44, a^{2-3} et b^{2-3} *īmpĕrĭ|īs* (ant. cons.)..... *tŭīs*; p. p. s.; poterat dici *īmpĕrĭō... tŭō*, quamvis inelegantius, absque rhetorica. Adde V, 126, a^{2-3} et b^{2-3}.

---

(1) Cfr. Maas, 533. A.

ministeria - V, 78, a^{1-2-3} et b^{2-3} *mĭ|nĭstĕrĭ|ĭs* (ant. cons.).... *tŭĭs*; p. p. s., rhetorices concinnitatisque causa.

obsequia - V, 96, a^{2-3} et b^{2-3} *ĭn|tĕrnīs* (ant. cons.).... *ŏbsĕquĭ|ĭs*, pro *īntĕrnō* .... *ŏbsĕquĭō*; p p. s. (1).

β) necessitatis gratia

alloquia - III, 52, a^{1-2-3} *mītĭbūs āllŏquĭ|ĭs*, vitandae elisionis causa; p. p. s. Cfr. I, 202, a^{2-3}.

*basia - I, 98, b^{1} *bāsĭă* (ant. cons.), plurativo sensu, sed metro cogente. Cfr. Ovid. III, 310, Ars. am.

bella - V, 4, b^{1-2} *bēllă nĕ fāndă* (ant. cons.) de bello, quod Amor intulit poetae cordi. p. p. s. (2).

coagula - V, 37, b^{4-5} *pĕr|mīxtă cŏ|ăgŭlă* (ant. cons.) pro *cŏăgŭlum*; p. p. s. Deest in indice Bednarae, cum in Ovidio (met. 829) sit.

damna - V, 86, b^{1-2} *ĕt sŭă, dāmnă* (ant. cons.) pro *sŭum dāmnum*, metro cogente; sed, nulla causa, I, 170, a^{2-3}, p. p. s. Exstant plurales generales: I, 164, b^{2}; 281, b^{5}; II, 40, a^{1}; V, 140, b^{2} (3).

debita - V, 52, b^{1} *dēbĭtă* (ant. cons.) pro *dēbĭtum*, quod est copula maritalis. p. p. s.

fora - I, 129 a^{1} *fŏră* (ant. cons.) pro *fŏrum*; p. p. s. (4).

*gaudia - I, 180, b^{1} *gaūdĭă* (ant. cons.): difficile est diiudicare plurativo sensu sit necne; tamen vi metri (5).

hospitia - II, 52, a^{1} *hōspĭtĭ(a) ĕt* (in posit.) pro *hōspĭtĭum*, de uno tantum, i. e. Maximiani. Cfr. distichon II, 51-52. p. p. s.

*iurgia - I, 281, a^{1} *iūrgĭă* (ant. cons.): inest notio plurativa, sed metro cogente. Adde V, 140, b^{1}.

iussa - I, 268, a^{1} et b^{2} *īmprŏbă* (ant. cons.)..... *iūssă* de uno iussu; p. p. s. Adde V, 130, b^{1-2} *ăd tŭă iūssă*.

ludibria - IV, 43, b^{4-5} *lū|dībrĭă* (ant. cons.) pro *lūdībrĭum*; p. p. s.

membra - V, 57, b^{4-5-6} *vĭ|rīlĭă mēmbră* pro *mēmbrum vĭrile*, quod versui aptum non erat. Adde II, 37, b^{3-4}, ubi *membrorum* pro *membri*, h. c. mentulae, exstat, ut patet e toto disticho (II,

---

(1) Cfr. Neue I, 635.

(2) Cfr. Bednara, 541; Hailer, 23.

(3) Cfr. Bednara, 543.

(4) Cfr. Hailer, 19.

(5) Cfr. Hailer, 23; Bednara, 544; Neue, I, 585, 635.

37-38) p. p. s. Alioquin *membra* semper ut pluralis apparet, sed plurativo sensu, de omnibus membris (1).

monimenta - II, 29, b^{1-5} *mŏnĭmēntă* pro *mŏnĭmēntum* ante consonantem; p. p. s.

oblivia - I, 123, b^{1-5} et a^{1-2} *ēn lē|thaeā*..... *ō|blīvĭă* (ant. cons.); sic IV, 33, b^{4-5}. p. p. s. (2).

*pallia - I, 254, a^{1} et b^{1} *pārvă* (ant. cons.)..... *pāllĭă* (ant. cons.); difficile est decernere pluralis poeticus an generalis sit; tamen metri vi coactus, poeta *pallia* pro *pallium* posuit (3).

pensa - III, 11, a^{2} *pēnsă*, metro cogente et concinnitatis causa, praecedente plurali *carmina*. p. p. s. (4).

*praemia (5) - I, 14, b^{1} *praēmĭă* (ant. cons.) pro *praemium*; p. p. s.

rubeta - II, 49, b^{5-6} *rŭ|bētīs* cum *philomela* singularis numeri; p. p. s.

sceptra - V, 126, b^{1-2} *māxĭmă, scēptră* (ant. cons.) metro cogente, significatione vero plurativa (6).

secreta - V, 121, b^{3-4-5} *sē|crētăquĕ, cērtă* (ant. cons.) contra concinnitatem; p. p. s.

serena - I, 148, a^{1} et b^{1-2} *nūbĭlă* (ant. cons.)... *sĕ|rēnă*; p. p. s.

signa - III, 58, b^{1-2} *cōnscĭă sīgnă* (ant. cons.) de rubore vel potius pallore; p. p. s. Cfr. III, 20, b^{2} (7).

*silentia - III, 61, b^{3-4-5} *vĕrē|cūndă sĭ|lēntĭă* (ant. cons.); p. p. s. (8).

*somnia - IV, 31, b^{5} *sōmnĭă* de uno somnio, quod enarrat; itemque in versu insequenti, 32, a^{1}. p. p. s.

*spectacula - I, 175, a^{2} et b^{4-5} *nūllă* (ant. cons.).... *spē|ctā-cŭlă* (ant. cons.); p. p. s. (9).

tela - V, 144, b^{1-2} *tēlă trĭ|sūlcă* (ant. cons.); de fulmine Iovis dictum. p. p. s. (10).

---

(1) Cfr. Maas, 543; Bednara, 545.
(2) Cfr. Neue I, 644; Maas, 480, 540; Hailer, 25.
(3) Cfr. Bednara, 546.
(4) Cfr. Bednara, 546.
(5) Cfr. Bednara, 547.
(6) Cfr. Bednara, 548.
(7) Cfr. Bednara, 548.
(8) Cfr. Neue, I, 632; Bednara, 549; Hailer, 25.
(9) Cfr. Neue, I, 583-84; Bednara, 549.
(10) Cfr. Bednara, 550.

trophaea - III, 88, b1-2 *trŏ|phaēă* (ant. cons.) de uno trophaeo et de una victoria Maximiani in amorem. p. p. s.

vada [1] - V, 22, b1-2 *vădă*, *caēcă* (ant. cons.); rhetorice, p. p. s.

*vincula - I, 62, b1 *vīncŭlă* (ant. cons.) pro vinculum; p. p. s.

vota - III, 72, b1-2 *īn mĕă*, *vōtă* (ant. cons.); p. p. s. [2].

III.a - Declinatio.

De tertia declinatione idem dicendum est quod de secunda.

I. Masculina et feminina.

a) commoditatis gratia

amores - II, 5, b5-6; III, 69, b5-6 *ă|mōrēs*; p. p. s. [3].

cineres - II, 30, a1-2-3 *īn|tĕr cĭnĕ|rēs* (ant. cons.): de uno foco dictum; p. p. s. [4].

dolores - III, 39, b5-6 *dŏ|lōrēs*; p. p. s. [5].

greges - II, 46, a2-3 et b2-3 *cĕlĕ|rēs* (ant. cons.).... *grĕ|gēs*: in comparatione et plurativo sensu.

ignes - III, 31, b6 *īgnēs*; p. p. s., nulla cogente vi metrica. Adde III, 56, b1 *īgnĭbŭs* et cfr. III, 13, b6 [6].

partes - I, 83, a2 et b6 *has* (ant. cons.).... *partes*; de una parte corporis nostri, inguine. p. p. s.

sedes - I, 84, a2-3 *has sedes* (ant. cons.); idem ac de " partes " dicendum. p. p. s. [7].

vestes - I, 177, b4-5 *vē|stēsquĕ*; *vestes* est p. p. s., hac quoque aetate; nam confer I, 213, *vestis*, ubi metrum pluralem recusat. Adde II, 12, b1 *vēstĭbŭs*; III, 37, b6 *vĕstēs* [8].

virtutes - I, 47, a2-3 *vīrtūtūm* (ant. cons.); dubium est pluralis poeticus an generalis habendus sit [9].

---

(1) Cfr. Neue, I, 584; Maas, 525 A; Bednara, 551.
(2) Cfr. Bednara, 551.
(3) Cfr. Bednara, 552; Hailer, 21-22.
(4) Cfr. Neue I, 580, 618; Maas, 516, 18 f; Bednara 552; Hailer, 10-11.
(5) Cfr. Neue I, 638.
(6) Cfr. Bednara, 553; Hailer, 13, 22.
(7) Cfr. Bednara, 554; Hailer, 18.
(8) Cfr. Maas, 519, 27 f.; Bednara, 554.
(9) Cfr. Neue I, 628.

β) necessitatis gratia

artes - V, 81, a^{2-3} et b^6 *ārgūtās* (ant. voc.).... *ārtēs*; fortasse *artes* = *mezzi*; attamen mihi videtur p. p. s.

imbres - V, 140, a^1 *īmbrēs* (ant. voc.); vi metri et concinnitatis causa. p. p. s. (1).

moles - V, 21, b^{3-4} et b^6 *tāntās* (ant. voc.).... *mōlēs*; p. p. s. Hic est, metro cogente, pluralis pro singulari abstractorum, cum *moles* hoc loco abstracte sumitur pro " dolus, fraus magna ".

senes - V, 73, a^1 et a^{2-3} *cōgĭmŭr* (ant. voc.).... *sĕ|nēs*; pluralis modestiae.

tigres - V, 145, a^{2-3} et b^6 *răbĭ|dās* (ant. voc.).... *tīgrēs*; plurativa significatione et contra concinnitatem est.

II. Neutra maiorem praebent exemplorum copiam, sed necessitatis tantum gratia: -

*carmina - IV, 4, b^1 *cārmĭnă* (ant. cons.): de carmine uno, i. e. elegia IV, quam vocat poeta " mollem iocum " IV, 2; p. p. s. — Adde I, 11, b^5; III. 11, a^1, plurativa vi; V, 17, b^4; V, 90, b^1; V, 101, b^5 (2).

corda - III, 16, a^1 et b^2 *ānxĭă* (ant. cons.).... *cōrdă*: fortasse plurativo sensu de duobus cordibus, Maximiani et Aquilinae. Sic ter III, 33, b^5; 71, b^5; 78, b^2. At p. p. s. IV, 2, b^2; V, 64, b^2; 141, b^5 (3).

*foedera - V, 3, b^5 *foedĕră* (ant. cons.): p. p. s. (4).

*funera - V, 83, b^5 *fūnĕră* (ant. cons.): p. p. s. (5).

iura - I, 130, b^{1-2} *cōmmŏdă, iūră* (ant. cons.): plurativo sensu, attamen metro cogente et concinnitatis gratia (6).

*medicamina - I, 167, a^{2-3} et b^{4-5} *ĕx|pērtă* (ant. cons.)..... *mĕdĭ|cāmĭnă*: plurativa significatione, concinnitatis gratia (7).

*munera - I, 163, a^3 et b^5 *grātă* (ant. cons.)..... *mūnĕră*; p. p. s. pro vino — Adde I, 231, b^5; V, 48, a^1 (8).

---

(1) Cfr. Neue I, 607 e Draeger, vol. I, Plur. pro Sing.
(2) Cfr. Bednara, 555.
(3) Cfr. Maas 538, 41 f.; Bednara, 555; Hailer, 15.
(4) Cfr. Bednara, 557.
(5) Cfr. Maas, 535; Bednara, 557; Hailer, 17.
(6) Cfr. Neue I, 585, 587, 629-30, 748; Bednara, 557.
(7) Cfr. Bednara, 558.
(8) Cfr. Bednara, 559.

*murmura - IV, 47, b^5 *pĕr|plĕxăquĕ, mūrmŭră* (ant. cons.): inest quaedam notio plurativa (¹).

ora - I, 90, b^{1-2}, *ōră sĕ|rēnă* (ant. cons.): plurativo sensu. At p. p. s. I, 133, b^6; 186, b^2; II, 12, b^2 (²).

*pectora - IV, 60, b^{1-2} *pēctŏră, brūtă* (ant. cons.): p. p. s., maiestatis, in quo tamen est quaedam notio generalis (³).

*pondera - V, 69, b^5 *pōndĕră* (ant. cons.): p. p. s.; rhetorices concinnitatisqne gratia (⁴).

*stramina - I, 236, b^{1-2} *strāmĭnă, dūră* (ant. cons.): p. p. s. collectivorum.

*tempora - III, 25, b^4 *tĕmpŏră* (ant. cons.): fortasse plurativa significatione, de occasionibus nanciscendis dictum: metro vero cogente. Adde IV, 6, b^1: p. p. s. (⁵).

*vulnera - III, 30, b^{1-2-3} *vūlnĕră, vūlnĕrĭ|bŭs*: p. p. s. de amore. Adde: III, 70, a^1; IV, 16, b^1; V, 128, a^1 (⁶).

IVª - declinatio.

Haec sunt pluralis poetici in quarta declinatione exempla, quae occurrunt:

a) commoditatis gratia

vultus - I, 94, a^{1-2-3} *vūltĭbŭs, ĭngĕnŭ|ĭs* (ant. cons.): p. p. s., rhetorices gratia. Adde I, 177, a^{2-3} (⁷).

sensus - V, 69, b^6; p. p. s. de sensu in universum, rhetorices gratia.

partus - I, 230, a^{2-3} *pārtūs* (ant. cons): p. p. s., rhetorices gratia.

gemitus - IV, 56, a^{2-3} *gĕmĭtūs* (ant. cons.): plurativo sensu. Adde V, 11, b^{3-4} (⁸).

(¹) Cfr. Neue I, 657, 749; Bednara, 559.
(²) Cfr. Neue I, 749-50; Maas, 531, 40-1; Bednara, 560; Hailer, 14.
(³) Cfr. Maas, 534 ff., 535, 541 fª; Bednara, 560; Hailer, 14, 15.
(⁴) Cfr. Bednara, 561.
(⁵) Cfr. Bednara, 561.
(⁶) Cfr. Bednara, 562. I sostantivi come *vulnus, carmen, murmur* (*us, en, ur* neutri) sono atti al metro anche nell' ablativo singolare.
(⁷) Cfr. Maas, 497, 531, 41 f.
(⁸) Cfr. Neue, I, 645.

eventus - II, 54, a[1-2-3] *ēvēn|tūs vărĭ|ōs* (ant. cons.): p. p. s. de una re; inest tamen quaedam notio generalis.

contemptus - I, 281, a[2-3] *cōntēm|ptūs* (ant. cons.): p. p. s., concinnitatis gratia (1).

arcus - III, 89, b[6]: p. p. s., de arcu cupidinis; concinnitatis causa, praecedente " arma „ (2).

aestus - IV, 27, b[6]: plurativo sensu, nam de aestibus pectoris dicitur, h. e passionibus, quae ordinem habent successionis.

β) necessitatis gratia

aestus - V, 92, a[1-2] *aē|stūs ănĭ|mī*: hic quoque plurativa significatione, sed metro exigente.

amplexus - II, 4, a[2-3] *āmplēxūs* (ant. voc.): p. p. s. Adde II, 38, a[2-3]; V, 32, a[2-3].

cantus - V, 19, b[5] *cāntĭbŭs* (ant. voc.): p. p. s. Adde I, 179, b[6]; p. p. s., sed metro non cogente concinnitatisque causa (3).

fluctus - III, 86, a[2-3] et b[2-3] *flū|ctūs* (ant. voc.)..... *mĕ|ōs*: p. p. s., de amore uno, metri causa.

gemitus - I, 246, a[1-2-3] *cōntĭnŭ|ōs gĕmĭ|tūs* (ant. voc.): p. p. s. cfr. superius (4).

luctus - V, 86, a[2-3] *lū|ctūs* (ant. voc.): p. p. s. (5).

plausus - V, 24, a[2-3] et b[1] *nŏ|vīs. plaūsĭbŭs*: p. p. s. - Cfr. I, 225, b[6] *plaūsū*, qui idem significat ac vox italica " *battuta, tempo* „.

Pronomina possessiva (6).

In pronominibus quoque adiectivisque possessivis pluralis pro singulari occurrit, cum poeta formis vocis *nos* pro vocis *ego* utitur vel formis pronominis adiectivalis *noster* pro formis pronominis adiectivalis *meus*.

---

(1) Cfr. Neue, I, 645

(2) Cfr. Bednara, 562; Hailer, 16.

(3) Cfr. Neue I, 644.

(4) Cfr. Neue I, 645.

(5) Cfr. Neue I, 646.

(6) Cfr. Hailer, 27.

α) *nos* pro *ego*

I, 5, b⁶ *nōstrī* pro *mĕī*: metro cogente; II, 37, a² *nōs* pro *mē* (ant cons.); nulla igitur metri vi cogente; V, 79, b⁴ *nōs* pro *ĕgŏ*: cum verbo plurali *nōs, cēssĭmŭs* (ant. voc.), metro igitur exigente.

β) *noster* pro *meus*

I, 216, a²⁻³ *nōstrī* pro *mĕī*: metro cogente, sed inest quaedam vis plurativa; I, 259, b⁶ *nōstraē* pro *mĕaē*: metro cogente cumque generali notione; V, 7, a²⁻³ *nōstrō* pro *mĕō*; V, 9, a²⁻³ *nōstrās* pro *mĕās*; V, 95, b⁶ *nōstrī* pro *mĕī*, itemque V, 107, a²⁻³; V, 122, a²⁻³ *nōstrūm* (in pos.) pro *mĕum*.

Animadverte ut, si qua possessivi forma pentametrum finiat, tum pronomen adiectivale *meus*, si autem hexametrum, *noster* tum claudat.

Singularis pro plurali.

Singularis pro plurali positi duo distinguenda sunt genera: singularis generalis et singularis poeticus. Singularis generalis est eorum nominum, quae in soluta quoque oratione singularia occurrunt; poeticus nominum, quae pluralia tantum in prosaico sermone grammatici asserunt exstare.

Multo maior est numerus singularium generalium, praesertim eorum nominum, quae in dactylum exeunt, veluti *pāgĭnă, lĭttĕră*, nedum nominum, quibus comitantur adiectiva, quae trochaeum ante terminationem exhibent.

Iª – declinatio.

Singularem generalem semper a poetico distinximus in omnibus declinationibus:

α) singularis generalis

femina - II, 42, a¹ *fēmĭnă* pro *fēmĭnaē*, nam pluralis praecedit, sed forma pluralis metro dactylico prorsus est contraria (¹).

filomela - II, 49, b⁴⁻⁵ *fīlŏ|mēlă*: in comparatione et plurali *rubetis*, cum quo vox coniungitur, sequente.

gemma - I, 100, a¹ *gēmm(a) ēt* (in posit.) pro *gēmmaē*, durae synaliphae vitandae causa (²).

littera - I, 145, b⁵ et a³⁻⁴ *dūplēx....lĭttĕră* pro *dūplĭcēs.... lĭttĕraē*; nam de litteris (*parole scritte*) libri loquitur poeta, quae oculis singulae non occurrunt, sed frequentes et copulatae (³).

pagina - I, 146, b¹⁻² *pāgĭnă*, *nōtă* pro *pāgĭnaē*, eadem de causa, de paginis libri.

β) singularis poeticus

*sarcina - V, 70, b¹ *sārcĭnă*, metro cogente pro *sārcĭnaē* (⁴).

IIª - declinatio.

Singularis generalis modo occurrit.

equus - I, 270, b²⁻³ *ĕquŭs*: poeta a versus constitutione cogitur, ut singulari numero utatur; nam, si scripsisset " *fiunt modo turpes equi* „, iam amplius versus non exstitisset. Hic singularis generalis in comparatione, plurali numero incepta, occurrit. Cfr. I, 269-70.

rusticus et iuvencus - II, 61, a¹ et b⁵⁻⁶ *rūstĭcŭs* (ant. voc.)... *iŭ|vēncŭm*: singulares, generali sensu praediti, cum pluralis *rūstĭcī* in metrum immitti non possit.

taurus - II, 48, a¹ *taūrŭs* (ant. voc.): in comparatione generali, plurali numero adorta.

vitium - II, 10 a²⁻³ et b²⁻³ *vĭtĭō* (ant. cons.)....*mĕ|ō* pro *vĭtĭīs mĕīs*, antecedente plurali " *causas* „ et metro non cogente; nisi quod poeta de vitio " *impotentiae* „ loquatur (⁵).

votum - III, 21, a²⁻³ *vōtŭm* (ant. cons.) pro *vōtă*: nam coniungitur cum verbo plurali " *compressimus ambo* „.

(¹) Cfr. Bednara, 564.
(²) Cfr. Draeger I, p. 4.
(³) Cfr. Bednara, 564.
(⁴) Cfr. Neue I, 583, 685.
(⁵) Cfr. Bednara, 565.

IIIª - declinatio.

α) Singularis generalis

draco - I, 190, b²⁻³ *drăcō*: in comparatione plurali sensu, ubi *drăcō* coniungitur cum " *in auricomis dependens plurimus hortis* „.

tigris - I, 272, b¹⁻² *āspĕră tīgrĭs* pro *āspĕrae tīgrēs*, metro cogente.

miles - II, 60, b¹⁻² *mīlĭtĕ, mīlĕs*; in comparatione pro *mīlĭtĭbŭs mīlĭtēs*, qui verborum complexus minime aptus erat pentametro pangendo.

vector - II, 62, b¹ *vēctŏr* pro *vēctōrēs*: in comparatione et in pentametro.

leo - V, 146, b²⁻³ *lĕō* pro *lĕōnēs*: in comparatione plurali incepta. Adde I, 271, b⁵⁻⁶.

pauper - VI, 8, b¹⁻² *paūpĕr ĕ|gēnŭs* pro *paūpĕrēs*: nam coniungitur cum plurali " *divilibus* „, cum " *iuvenes, senes, pueri* „.

β) Singularis poeticus

cervix (¹) - I, 93, b⁵⁻⁶ *lāctĕă*, *cērvīx* pro *lāctĕae cērvīcēs*, s. p. p.

imago - IV, 46, a¹⁻² et b¹⁻² *fāllāx* (ant. cons.).... *ĭmāgŏ* (ant. cons.); cum plurali *figuras* coniungitur, sed *fāllācēs ĭmāgĭnēs* versui repugnat. s. g.

latus - I, 88, b²⁻³ *lă|tŭs* pro *lătĕră* (= *fianchi*): nam non nisi nominativus et accusativus pluralis huius vocis et in elisione in metro dactylico occurrere possunt. s. p. p. (²).

lis - I, 283, b⁵ *lītĕ* pro *lītĭbŭs*: nam *pŭĕllaē* pluralis est, sed versui aptum non esset; ceterum confer *lītĭbŭs* I, 130, a¹, ubi poetae commodum est plurali uti. Hic metri gratia, illic commoditatis gratia. s. g.

lumen - III, 16, a²⁻³ et b¹ *sō|lō. lūmĭnĕ* pro *sōlĭs lūmĭnĭbŭs*: nam *lumina* (= *occhi*) semper pluralis tantum est in latino sermone; alias semper plurali utitur Maximianus. s. p. p. (³).

verber - I, 224, a¹⁻² et b¹ *āssĭdŭ|ō.... vērbĕrĕ*: pro *āssĭdŭīs vērbĕrĭbŭs*: nam *vērbĕră* item pluralis tantum vox est. s. p. p. (⁴).

(¹) Cfr. Neue I, 672; Maas, 501-02; Bednara, 566.
(²) Cfr. Bednara, 566.
(³) Cfr. Neue I, 583, 86; 669.
(⁴) Cfr. Neue I, 584, 86; 712.

IV^a - declinatio.

Singularis generalis tantum occurrit.

gressus - I, 211, b^5 *grēssŭs* pro *grēssūs*: nam generali notione est, sed vi metri repellitur. Cfr. I, 285, a^{2-3}; III, 27; V, 23, 25; VI, 10.

morsus - III, 69, a^{1-2-3} *ūnguĭbŭs. ēt mōr|sū* pro *mōrsĭbŭs*: sed tunc metrum non exstaret.

V^a - declinatio.

Vocabula *res* et *dies*, modo singulari, modo plurali numero adhibentur, prout metro conveniunt.

res - II, 53-54 Cfr. - Nonne placet melius. *cēr|tīs cōn|fīdĕrĕ, rēbŭs*
eventus varios. *rēs nŏvă, sēmpĕr hă|bĕt*:

ubi aperte apparet nulla alia causa poeta, eodem in disticho, eadem de re, pluralem cum singulari miscere.

dies - In singulari numero occurrit pro *tempus*, in plurali significatione sua: Cfr. in primis disticha I, 275-276; II, 17-18.

2. Coniugationes.

Pluralis pro singulari (1).

Saepe pro prima persona singularis poetae dactylici promunt pluralem, qui in prima persona tertiae coniugationis duas exhibet breves ideoque aptior est singulari, longam saepius praebente.

Sic apud Maximianum, quem animadvertendum est rhetorices amantissimum fuisse, uti eius aevi scriptores, hi plurales, ut ita dicam, maiestatis occurrunt in prima persona pluralis pro primā singularis:

---

(1) Cfr. Draeger, Histor. Synt. I^2 p. 25.

I, 57, a^{2-3} *cōrrŭī|mūs* (ant. cons.): praecedente *amavi* (53), *fui* (54); I, 155, a^{1} *cōgĭmŭr*, 156, a^{2-3} *vīvāmŭs*, b^{2-3} *dēstĭtĭmŭs*: sequente (157) *en me quam crudum*; I, 215, a^{1-2} *cōntrăhĭmūr* (in posit.), b^{4-5} *dē|crēscĭmŭs*: praecedente *mihi* (214); I, 241, b^{4} *vīvĭmŭs*, b^{5} *ūrĭmŭr* = praecedentibus *iaceam vivamque* (239); I, 243, b^{4-5} *cōrrūmpĭmŭr*; I, 257, a^{1} *vīncĭmŭr*: praecedente *cogor* (255), sequente *trahor* (258); II, 23, b^{4} *vīxĭmŭs*; II, 44, b^{1-2} *mĕmŏrēmŭr*; II, 73, b^{5} *flēvĭmŭs*; IV, 5, b^{5} *fāllĭmŭr*: praecedente *meo* (4), sequente *mihi* (6); IV, 53, a^{1-2} *dēsĕrĭ|mūr* (in posit.): sequente *possum* (54); V, 73, a^{1} *cō-gĭmŭr*, 77, b^{5} *trādĭmŭs*, 79, b^{4} *cēssĭmŭs*: sequente *meus* (74), praecedente *verba dedi* (72), Maximiano in prima persona alloquente (73-80).

Singularis pro plurali.

Singulari generali adhibito, Maximianus

α) commoditatis gratia, cum dixisset " *spectandus undique virginibus* „, subiecit

v. v. 65-66 (I):

quaeque peti *poterat, fuerat* vel forte *petita*
erubuit vultum *visa puella meum.*

Sic in disticho: 79-80 (I):
horrebam tenues, horrebam corpore pingues,
non mihi *grata* brevis, non mihi *longa fuit.*

Plenum artificii est distichon: 49-50 (II):
dulcius in soliti scantat *filomela rubetis*
fitque suum rabidis dulce *cubile feris:*

ubi non modo χιασμός positionis animadvertendus, sed et numeri.

β) necessitatis causa, cum dixisset II, v. v. 45-46: " *fugiunt.... animalia, repetunt.... greges* „, addidit v. v. 47-48:

sub qua decubuit requiescere diligit umbram
taurus et amissum quaerit ovile pecus;

cuius rei causa perspicua satis est, cum *dīlĭgūnt* in versum omnino redigi non potest et *pĕcŭdēs* incommodum sit in pentametro, ineptum vero usuque impossibile in hoc pentametro; adde incommodum *dĕcŭbŭĕrĕ* vel *ērūnt.*

Hic vero in universum animadverte Maximianum peramantem variationis in sermone esse, ut vim narrationi

tribuat dramaticam: ideoque saepe transitus fit a prima ad tertiam personam in verbo, ab *ego* ad *senex*, a concreto ad abstractum, a *senex* ad *senectus*.

B) Syntaxis casuum.

1. Vocativus pro alio casu obliquo metro non apto vel non commodo.

Primo observandum est poetam nostrum, uti mos eius aevi, studiosum fuisse rhetorices: qua de causa aliquot allocutionibus rhetorices gratia, non metri utitur, alias commoditatis vel concinnitatis causa, alias denique metri.

a) commoditatis gratia

Vocativus rhetorices gratia, sed apte in hisce versibus occurrit: I, 55-56; 57-58:

v. v. 55-56 tu me sola tibi subdis *miseranda senectus*
cui cedit quidquid vincere cuncta potest:

verti possunt in

sed me sola sibi subdil miseranda senectus
cui cedit....

v. v. 57-58 in te corruimus tua sunt quaecumque fatiscunt
ultima teque tuo conficis ipsa malo:

verti possunt in

in ipsam ruo nam sua sunt quaecumque fatiscunt
ultima seque suo conficit ipsa malo.

Sed commoditatis causa in hisce v. v. I, 267; II, 31:

I, 267 non queror heu longi quod totum *sōlvĭtĭs* anni:
allocutione utitur poeta, cum in tota elegia locutus sit tertia persona, ut duas lucretur breves verbi *sōlvĭtĭs*, cuius forma *sōlvūnt* velpotius *sōlvānt*, ratione modi a conjunctione *quod* desiderati habita, non est apta quinto dactylo componendo.

II, 31 ut video pulchris etiam vos *pārcĭtĭs* anni
eadem de causa, de qua supra dixi.

Bis vocabulo *gĕnĕtrīx* Maximianus utitur, semel in vocativo I, 227, a$^{2-3}$ " *suscipe me genetrix* „, semel in nominativo III, 29, a$^{2-3}$ " *nec longum genetrix* „. Sic *căndĭdă*, *fēmĭnă* et voces similes

primae declinationis in nominativo et in vocativo tantum adhibentur: in harum numero ponendum est adiectivum *pĕrfĭdŭs*, quod recte in nominativo occurrit V, 109, b⁵.

β) metri causa

Iª declinatio - Ut brevem lucretur ad quintum hexametri pedem componendum, evitat poeta genetivum *Ăquĭlīnaē*, quod nonnisi in tertio et quarto pede aptum est, ac dicit: III, 5

captus amore tuo demens, *Ăquĭlīnă*, fĕrebar.

IIª declinatio - Interdum attributo poeta allocutionem adhibere cogitur: III, 47, b⁵

hic mihi, magnarum scrutator *măxĭmĕ* rerum,

pro scrutator *măxĭmūs* rerum.

Item, cum *saēvī* in secunda pentametri parte non quadret, poeta pulchra allocutione utitur et scribit: V, 44;

deditus imperiis., *saēvĕ Cŭ|pīdŏ, tŭ|īs*,

ceterum ad allocutionem cogitur vocabulo *Cŭpīdŏ*, cuius casus obliqui, excepto *cŭpīdĭnī*, qui minime versui dactylico inseri potest, non sunt apti omnino pentametro hexametroque pangendis, nisi in quarto vel quinto pede. Poeta enim bis utitur hoc vocabulo in casibus obliquis: *cŭpīdĭnĕ* III, 9, b⁴⁻⁵; *cŭpīdĭnĭs* (ant. voc.) III, 89, b⁴⁻⁵.

Nomen proprium *Boethius* (Βοήθιος) hanc prosodiam ⏑ _ ⏑ ⏑ exhibet (ut apparet in " *Fortunae et virtutis opus Severine Bŏēthī* " Symm. in Anthol. I, p. 321, Gerbert. ibidem p. 320) (¹); poeta noster eo in pentametro uti debet, III, 48, a²⁻³. At nominativus non quadrat, ne synizesi quidem facta, cum versus esset

sōlūs Bŏēthjūs fert miseratus opem;

quam ob rem, cum et hic *o* ante vocalem producere debuisset, sprevit synizesim ac, producta prima *ō*, vocativo usus est poeta noster:

sōlūs, Bōēthī, fers miseratus opem.

(¹) Cfr. Forcell. Onom. I, 735; Quicherat: Thesaurus poeticus pag. 141.

2. Casus pro casu versui incommodo: exempla cuiusque generis arcessuntur.

I, 2: - *in hoc fesso corpore* tarda venis
pro *in hoc fessum corpus* ‿ tarda venis.

Non desunt huius usus exempla in optimorum scriptorum poetarumque operibus.

Phaedr. 5, 1: - quinam in conspectu meo audet venire; Vergil. 3. Aen, 138: - tabida membris venit lues; Proper. 2. 18. 76: - infelix! hodie vir mihi rure venit; Cic. 11, Fam. 24: in Italia te moraturum, dum tibi litterae meae veniant (afferantur, mittantur); Liv.: - frumentum Tiberi venit ([1]).

I, 3: - solve precor miseram *tali de carcere vitam*
pro „ „ „ „ *ex* vel *ab* „

Ei succurrit Propert. 1, 3, 21: - corollas de nostra fronte ([2]).

I, 25: - dulce fuit *madidam* si fors *versare palaestram*
pro „ „ *in madida* „ „ *versari palaestra.*

Versare hic accipitur sensu medio pro “*frequentem alicubi esse, h. e. in palaestra*„ ideoque, ut infra dicemus (cfr. *Caput De generis synt.*), *vĕrsārī* passiva forma scribendum erat a poeta, sed perperam: nam ita brevem ipse lucratur. Insuper *versari*, hoc sensu, construitur cum ablativo et *in*: poeta metri vi coactus est eandem verbi significationem servare, sed ipsius et forma et constructione activa (*versare aliquid manu, mente*) uti ([3]).

I, 32: - alterno potius *iūnctă dĕ|cōrĕ plăcent*
pro „ „ „ *dĕ|cōrī* „

Iungere eleganter construitur a Cicerone, Vergilio Ovidioque promiscue tum sensu materiali tum metaphorico et cum ablativo et cum dativo, nedum alia ratione. Poeta vero libenter hac forma duplici, prout commodum est, utitur: idcirco, cum hic dativus *dĕcōrī* nullo modo in pentametrum inseri possit, auctor cogitur constructionem cum ablativo simplici praeferre, quamquam alio

---

([1]) Cfr. Georges II, 3056-57; Forcell. VI, 276-77.
([2]) Cfr. Georg. II, 2441-43; Forcell. V, 558-59.
([3]) Cfr. Georg. 3082-3085; Forcell. VI, 296-97.

loco (I, 75) mavult dativum, qui est casus, cum quo Maximianus verbum *iungere* committere solet. Nam ablativus quoque versui aptus erat:

nam dum *prăecĭpŭaē* cupio me iungere *fōrmaē*
pro „ „ *prăecĭpŭā* „ „ „ *fōrmā* (1).

I, 37 : - innabam *gĕlĭdās* Tiberini gurgitis *ūndās*
pro „ *gĕlĭdīs* „ „ *ūndīs*

Innare, quod proprie est " *in aliquo loco nare* „, coniungitur plerumque cum dativo: cfr. Verg. VIII, Aen. 93 fluvio pictas innare carinas, et ibid. 691; Liv. 21, 26, 9 dummodo innare aquae et capere onera possent; alias cum ablativo, ut Suet. Ner. 12 marina aqua innantes beluae; alias, transitivorum more, cum accusativo qui explicari potest ex praep. *in*, quae in ipso verbo inest et quae a grammaticis exprimenda dicitur. Ceterum *innare* cum accusativo est saepius " *tranare, nando transire* „, ut patet ex Vergilii locis, Aen. III, 142; VIII, 651; VI, 134 et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.

Hic Maximianus potuerat dativo uti, sed fortasse elegantius putavit accusativum hunc poeticum, Vergilii morem secutus (2).

I, 43, $b^{4\text{-}5\text{-}5}$ *stŭpŭ|ītquĕ bĭ|bēntĕm.*

Stupēre pro " *valde mirari* „ nectitur cum ablativo: *gaudio* (Quint. Decl. 4, 2), *carminibus, aere* (Hor. Od. II, 13, 33; Sat. I, 4, 28); cum *in* et ablativo: *in Turno* (Verg. Aen. X, 446), *in titulis et imaginibus* (Hor. Sat. I, 6, 17); cum *ad* et accusativo et, transitivorum more, praesertim apud poetas, cum simplici accusativo, per ἑλληνισμὸν (Verg. Aen. II, 31: pars stupet innuptae donum exitiale Minervae; Petr. Satyr. 29; Val Flacc. V, 96; Stat. Theb. IV, 448; Mart. XII, 15; Iuven. XIII, 16). Horum exemplum Maximianus videtur imitatus esse, nam et ablativo uti potuerat (3).

I, 60 : - optabat *nā|tīs* me sociare *sŭīs*
pro „ *cūm nātīs* „ „ *sŭīs*

Usitatam constructionem " *sociare aliquem cum aliquo* „ metri vi coactus, hic, poeta noster sprevit ac praetulit usum poeticum, qui a Vergilio inde fertur, metri gratia, quo " *sociare* „ cum dativo coniungitur.

---

(1) Cfr. Georg. II, 436-37; Forcell. III, 648.
(2) Cfr. Georg. II, 238; Forcell. III, 518.
(3) Cfr. Georg. II, 2541-42; Forcell. V, 665.

Verg. Aen. IV, 16: ne cui me vinclo vellem sociare iugali; Horat. Od. IV, 9, 4: verba loquor socianda chordis; Ovid Met. 11, 5: percussis sociantem carmina nervis; Liv. 39, 13 ad fin: sociari (= se sociare) facinoribus (1).

I, 66: - erubuit vultum visa puella meum

Visus, p. p. ex *video*, adiectivi modo adhibitum, graeco usu cum accusativo constructum est.

Caes. Bell. Gall. 1, 22, sub fin.: - Considium timore perterritum quod non vidisset pro viso sibi renuntiasse; Liv. 4, 40: equites procul visi tantam laetitiam fecere ut....

Participium praeteritum est forma et genere passivum, quocirca cum accusativo coniungi nequit, ut grammatici docent: hic pro ablativo absoluto (*viso vultu meo*) est.

I, 76: - permansi *vĭdŭō* frigidus usque *tŏrō*
pro „ *īn vĭdŭō* „ „ *tŏrō*

Permaneo cum *in* et ablativo ex more bonorum scriptorum coniungitur, saltem a Seneca cum genetivo; hic ad evitandam elisionem simplici ablativo poeta utitur, nisi forte " *viduo....toro* „ ablativus limitationis accipiendus et cum " *frigidus* „ committendus sit (2).

I, 79: - horrebam tenues, horrebam corpore pingues

Quater occurrit *horrere*, transitivorum more adhibitum, cum accusativo (I, 79, 202, 206, 229); semel tantum intransitive. Quo in casu (I, 252) a poeta cum ablativo et *in*, metri causa, connectitur pro simplici ablativo, qui usus nusquam occurrit: " *turbidus* in quantis *horret* imaginibus „ (3).

I, 94: - *vūltĭbŭs, īngĕnŭ|īs* visa sedere magis
pro *īn vūltĭbŭs īngĕnŭīs* „ „ „

Verbum *sedere* construitur modo cum ablativo et praep. *in*, quae interdum, praesertim apud poetas, desideratur, modo cum aliis praepositionibus. Hic est sensu *insedere, inhaerere*, cum ablativo simplici, metri causa, copulatum: nescio qua ratione Petsche-

(1) Cfr. Georg. II, 2422; non si trova nessun esempio di dativo; Forcell. V, 542.

(2) Cfr. Georg. II, 1433; Forcell. IV, 606.

(3) Cfr. Georg. I, 2848-49; Forcell. III, 313.

nigius in indice notet: " *sedere cum dativo* „; cum dativus perraro huic verbo coniunctus occurrat: Cfr. Verg. Aen. 5, 418: idque pio sedet Aeneae. Comparari potest huius verbi usus, nam simile est significatione, cum constructione Ciceroniana, Verg., Horat., verbi *haerere* cum dativo coniuncti ([1]).

I, 117: - me vero heu tantis *defunctum in partibus* olim.

Defungor fere semper cum simplici ablativo: hic poeta ablativo et *in* utitur, ut Ter. Phorm. 1021: " cupio misera in hac re iam defungier „; quamquam elisionem obit, quam ut vitent, augustei poetae omni ope nituntur.

I, 124: - nec confusa *sui* iam meminisse potest.

Poeta, cum duas vel plures verbum habet constructiones, pro suo commodo, una vel altera utitur: sic *meminisse* bis cum genetivo coniungitur (I, 124; IV, 42), semel cum accusativo (II, 7) ([2]).

I, 130: - *lītĭbŭs, haŭd răbĭdīs* commoda iura sequor
pro *lītĭum* „ *răbĭdārum* „ „ „

Ablativo instrumentali usus est pro incommodo genetivo, *lītĭum răbĭdārum*, qui pentametro inseri nequit.

I, 132: - et videor *fōr|maē* mortuus esse *mĕ|aē*.

Morior cum dativo coniunctum rarius et idem est ac " *nihil cum aliquo rei habere volo* „: Cfr. Plaut. Cist. 3, 1, 15 (373): " nihil mecum tibi, mortuus tibi sum „ ([3]).

I, 150: - .... *tārtărĕ|ō* quis neget esse *lŏ|cō*
pro *in tartareo* „ „ „ *loco*

Octies ablativus simplex pro ablativo loci occurrit, equidem sine praepositione *in*, cuius rei causa ex metri necessitatibus quaerenda videtur: I, 94, 150, 228, 237, 266; IV, 38; V, 71, 85.

I, 94: - *vultibus ingenuis* visa sedere magis (Cfr. superius).

I, 228: - membra peto *gremio* fessa fovere *tuo*.

Quamvis *fovere* ablativo coniungatur et Verg. Aen. I, 722 " *fovere gremio* „, IV, 686 " *fovere sinu* „ dixerit, attamen hic *fovere* non videtur regere *gremio*, nec huic copulari ablativo instrumentali; verum " *gremio tuo* „ pro " *in gremio tuo* „ stat, solum enim

---

([1]) Cfr. Georg. II, 2300-1-2; Forcell. V, 415-16-17; Draeger, Histor. Synt. II, p. 426.

([2]) Cfr. Georg. II, 766-67; Forcell. IV, 90.

([3]) Cfr. Georg. II, 896-97; Forcell. IV, 180-81.

in gremio natis gerendis genetrix quaevis eos fovet (¹).

I, 237: *quo* postquam *iacuit* misero quid funere differt.

Hic est ablativus loci pro *in quo*, praecedente genetivo *tori*, cui relativus refertur, coniunctus cum verbo *iacuit*, quo iam Ovidius usus est sine *in*, Heroid. I, 7 " iacere lecto ", Cicero autem, Philip. II, 18 " in lecto ", cum praepositione.

Item Val. Flac. V, 210: pater aurato iacet Inachus antro; Stat. Theb. VII, 777: vetito nudus iaciture sepulcro (²).

I, 266: - et sensus *membris* sic sepelire *suis*
pro " *et sensus in membris sepelire* ", metro cogente.

Ceterum non desunt exempla huius constructionis poeticae: Lucret. V, 991 viva videns vivo sepeliri viscera busto; Verg. Aen. II 265 invadunt urbem somno vinoque sepultam; Proper. III, 9, 56; Sen. ep. 12 (³).

IV, 38: - ..... *herbosa* forte iacebat *humo*
pro *herbosa* " " *in humo*

Num adtrahitur hic constructus ab illo Ciceronis, Cat. I, 10 *humi iacere*?

V, 71: - tunc egomet toto nudatus corpore *lecto*
pro " " toro nudatus corpore *in lecto*
V, 85: - erigitur *viduoque toro* laniata recumbens

Verg. Georg. I, 401 nebulae magis ima petunt campoque recumbunt; Ovid. Fast. II, 345 ascendit (in torum) spondāque sibi propiore recumbit (⁴).

I, 157: - en me quam crudum *quem* nulla adversa *nocebant*
pro " " " " *cui* " " "

Rarissimus et dubius est accusativus personae cum *nocere*: confer haec exempla, quae vero diversis lectionibus vexantur: - Plaut. Mil. a. V, v. 18 iura te nociturum esse hominem (al. homini) hac de re neminem (nemini); Seren. Sammon. 46 quem (al. quum) nocuit

(¹) Cfr. Georg. I, 2625-26; Forcell. III, 132-33.
(²) Cfr. Georg. II, 403-7; Forcell. III, 237-8.
(³) Cfr. Georg. II, 2337; Forcell. V, 451-2, 459.
(⁴) Cfr. Georg. II, 2003; Forcell. V, 113.

serpens; Vulg. psal. 34, 1 iudica, domine, nocentes me; Anthol. lat. Burm. t. II, p. 289: nec ullus atrox (eum) insequentem dente aper ausus fuit nocere; Rönsch, Itala und Vulg. 441: si quid voluerit eos nocere (1).

Nulla cogente vi metri, Maximianus accusativo usus est, nam et *cui* versui commodum fuisset: hoc est fortasse vitium aetatis eius, quum latinus sermo vita fictitia viveret, magisquam eius artis grammaticae.

I, 218: - terram *qua* genita est et reditura videt
pro terram *ex qua* genita est et „ „

ad elisionem vitandam (2).

I, 237: - quo postquam iacuit *misero* quid *funere differt*
pro „ „ „ *a misero* quid *funere differt*

Constructio usitata verbi " *differre* „, intransitivorum more, ut hoc loco, est absoluta vel cum casu relationis, qui est vel accusativus cum praep. *inter* vel ablativus cum praep. *cum*, *ab*, *in*, addito insuper aliquando alio ablativo sine praepositione, velut Cic. Phil. VIII, 11 " non differre vestitu ab aliquo „, vel poetice cum dativo (Hor. Sat. I, 4, 48; Ep. II, 3, 236) (3).

I, 274: - et nullum est quod non *tēmpŏrĕ cedat opus*
pro „ „ „ „ „ *tēmpŏrī cedat opus*

Nam *cedo* construitur tum absolute tum relative, aut cum dativo rei vel personae, aut cum ablativo loci cum praepositione *a* vel *ab*, *e* vel *ex*, et sine praepositione. Ceterum dativus est casus huius verbi in Maximiano, ut patet ex his locis (I, 52, 56, 262; III, 89, 90; V, 125): hic autem non est ablativus loci. Petschenigius vero, in indice, " *cedat* „ hoc loco absolute constructum esse putat ideoque " *tempore* „ haberetur ablativus causae efficientis (4).

---

(1) Georg. II, 1042-44; Forcell. IV, 280.
(2) Cfr. Cocchia: Sin. lat. 167-68; Georg. I, 2718; Forcellini III, 198 e 211.
(3) Cfr. Georg. I, 2005-6; Forcell. II, 709-10.
(4) Cfr. Georg. I, 985-87; Forcell. II, 127-8.

II, 1 : - *ēn dī|lēctă mĭhī* nimium formosa Lycoris
pro *ēn dī|lēcta ā|mē* „ „ „

Dativus pro ablativo agente ter occurrit: II, 1; II, 17-18; IV, 49. Exempla accipe:

II, 17-18: - en quid longa dies nunc affert ut *sĭbĭ* quemquam
quondam *dilectum* prodere turpe putet

Hic vero notandum est fortasse vocem *dilectus* pro adiectivo a poeta usurpatam esse ac proinde absolute etiam more aliorum scriptorum adhibitam: confer igitur haec loca optimorum poetarum.

Verg. Aen. I, 348 magno miserae dilectus amore; Aen. XII, 391, Phoebo ante alios dilectus Iapyx; Horat. Latona supremo dilecta penitus Iovi; Stat. Theb. VIII, 99 augur apollineis modo dilectissimus aris (1).

IV, 49: - *sic ego qui cunctis* sanctae gravitatis habebar
pro *sic ego qui a cunctis* „ „ „

Haec est singularis constructionum mixtura: dubitandumne nobis est num poeta, affinitate sonorum vocis *habebar* cum *videbar* deceptus, scripserit *cunctis* pro *a cunctis?* Quod si fere incredibile videatur, credat aliquis *cunctis* a poeta, ut elisio vitetur, scriptum esse, quod equidem parum credibile erit. Fortasse poeta revera et ponderate *cunctis* scripsit, confusio autem, de qua supra, exorsa est non a poeta, sed ab emanuensi; tunc vero *hăbēbăr* est pro *vĭdēbăr*, quam formam primitus pro certo habeo poetam scripsisse. Verum codicum v. 49, IV nulla est variatio, praeter R. *ast ego* pro *sic ego*; potest vero hoc vitium antecedere aetati omnium codicum, qui nunc exsistunt. At tum quoque versus non extaret, positionis gratia; quamobrem alia variatione opus esset ac, mutata constructione verbi *haberi* propria atque genetivo pretii in ablativum qualitatis converso, sic scribendus erit hexameter: -

sic ego qui cunctis sancta gravitate videbar.

II, 42: - efficere hoc vincit femina *victa viro*
pro „ „ „ femina *a viro victa*

h. c. ablativus causae efficientis pro ablativo agentis.

---

(1) Cfr. Georg. I, 2023-24; Forcell. II, 720-21.

Petschenigius hunc locum sub dativo pro ablativo agente ponit, sed, puto, falso. Etenim, si *viro* forma duplex est, et dativus et ablativus singularis II^ae^ declinationis, verum arbitror proprius accedere, cum eam ablativi, equidem causae efficientis, ut est rerum inanimatarum, vel etiam instrumentalis, formam diiudicem esse (= *vinta dall' uomo* vel *per mezzo dell' uomo*). *Victus* est participium, sed adiectivorum more saepe adhibitur, cum ablativo causae efficientis coniunctum, poetice cum genetivo; interdum absolute, sine casu (1).

II, 22: - extinctum meritis *vivere criminibus*
pro „ „ *vivere cum criminibus*

Vivere cum dativo invenitur etiam apud Ciceronem, sed alio sensu: Marcell. 8, tum id audirem, si tibi soli viveres, h. e., tui tantum ipsius curam haberes. Eodem fere sensu reperitur his locis: Ter. Eun. III, 2, 27 atque haec qui misit, non sibi soli postulat te vivere; Aus. Ep. 89, iuriconsulto, cui vivit adultera coniux, Papia lex placuit, Iulia displicuit (2).

II, 43: - ergo velut *pĕcŭdūm* praesentia sola manebunt
pro „ „ *pĕcŭdĭbŭs* vel *pĕcŭdēs* „ „

Manere cum dativo vel cum accusativo construitur: elegantius cum accusativo (sua quemque manet mors, Proper. 2, 21, 58), sed hic puto, quoniam verbum idem est sensu ac *relinquere*, eligendum dativum esse. Hoc igitur loco " *velut* „ arbitror praepositionis *īnstăr*, quae genetivum regit, officio fungi, cuius usus non datur ullum exemplum (3).

II, 68: - *et quod pertendit* claudere certet iter
pro *et in quod pertendit* „ „ „

Nam *pertendit* est verbum motus et intransitivum; transitivorum more, a Terentio adhibitum est, Heaut. V, 5, 9 " video non licere, ut coeperam, hoc pertendere „; itemque a Quintiliano (4).

---

(1) Cfr. Forcell. VI, 328.
(2) Cfr. Georg. II, 3170-71; Forcell. VI, 375-77.
(3) Cfr. Georg. II, 3046-7; Forcell. VI, 268-69.
(4) Cfr. Georg. II, 1466-67; Forcell. IV, 629-30.

III, 12 : - solus amor cordi *cūrăquĕ* semper erat
pro „ „ cordi *cūraēquĕ* „ „

Item Ovidius aliique poetae dactylici pro dativo factitivo nominativum ponunt; in Maximiano semel occurrit, metro cogente, nam *cūraēquĕ* in secundam pentametri partem inseri non potest.

III, 1: - nunc operae pretium est *quaedam* memorare *iuventae*
pro „ „ „ „ *quaedam* „ *de iuventa*

Petschenigius adnotat in indice constructionem vocabuli *quaedam* cum genetivo: *quaedam iuventae = alcune cose, alcune avventure della gioventù;* nam vere *quidam*, pronominis substantivi more adhibitum, copulatur cum ablativo et praepositione *e*, *ex*, *de*, licet non desint rerum scriptorum, qui poetarum sermonem sectantur, exempla cum genetivo.

Liv. 31, 45, 7: Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum, ut remanerent, persuasit; Tac. Ann. 1, 49: quidam bonorum caesi, postquam pessimi quoque arma rapuerant.

At hic poeta noster voce *quaedam* usus est absolute. substantivorum more, ut significaret *quasdam res*; ideoque iure cum genetivo quasi quantitatis voce coniungit, uti Cicero, eodem sensu: leg. 3, 10 " fateor in ista ipsa potestate inesse *quiddam mali* „. Verum animadvertendum est fortasse hoc unum exemplum Maximiani exstare usus pronominis *quidam* in numero plurali et substantivorum more: sed excusandum, puto, est [1].

III, 65: - solvitur in risum
pro *solvitur risu*

Constructionem nativam apud Maximianum verbi *solvere* videtur esse cum ablativo rei efficientis: cfr. haec loca I, 3, 166, 259, 267; V, 47 = solvere aliquid. Huius copulationis, quae in Maximiano poeticae aemulationi imputanda est, complura extant poetarum exempla - Verg. Georg. 4, 199: nec corpora segnes in venerem solvunt; Lucan. 8, 106: solvere lumina in lacrimas; eiusdem cfr. etiam 2, 408; 9, 451; 8, 830; Proper. 4, 4, 77: Romulus excubias decrevit in otia solvi.

---

[1] Cfr. Georg. II, 1927-28; Forcell. V, 95.

III, 70: - *vulnera non refugit* res magis apta plagae
pro *a vulneribus non refugit* „ „ „ „

Hic *refugere* quoque transitivorum more cum accusativo constructum est, sed, puto, sensus est intransitivus (1).

IV, 7-8: - virgo fuit species dederat cui candida *nomen*
Candida ....
pro genetivo vel dativo: *nomen Cāndĭdaē*

Constructio verbi *dare* hoc sensu haec est: *nomen* vel *Petri* vel *Petrum* vel *Petro alicui dare* (cfr. Gell. 15, 29). At Maximiani structura Ovidiana prorsus est: Ovid. Met. 1, 168: via sublimis... *lactea nomen* habet; 15, 96: at vetus illa aetas, cui fecimus *aurea nomen*; Ars am. I, 72: porticus auctoris *Livia nomen* habet (2).

IV, 37: - proximus ut genitor *mecum comitatus amatae*
pro „ „ „ *me* vel *mihi* „ „

Constructio huius verbi *comitari* modo est absoluta, modo transitivorum more cum accusativo rei vel personae, quae est regularis structura et poetarum et rerum scriptorum, modo etiam cum dativo intransitivorum more cum significatione aliquatenus diversa (una esse, coniunctum esse: Cic. Tusc. 5, 35; De rep. 2, 24 (ed. Maio); Tusc. 5, 24) vel etiam cum ablativo et praepositione *cum*. Haec ultima structura est minus latina, legitur enim solummodo in quadam Inscriptione inferioris aevi (Reines. cl. 14, n. 171), nec non apud scriptores Vulgatae (Vulg. Interpr. Eccl. 12. 13; Act. 9, 7 et 2; Mac. 2, 4) (3).

IV, 45: - credo equidem assuetas *animo remeare* figuras
pro „ „ „ *in animum remeare* „

Hic *remeare* transitivorum more adhibitur, qui usus est mere poeticus, et cum dativo motus in locum, poetice quoque (cfr. *succedere muris* pro *sub muros*).

Tac. ann. 12, 69: navium quasdam, quae mari (dat. an abl.?

---

(1) Cfr. Georg. II, 2033; Forcell. V, 137.

(2) Cfr. Georg. II, 1048-50; Forcell. IV 283-85; cfr. Webster: The elegies of Maximianus p. 103; Giardelli cita come parallelo: Sapphira nomen habet (Cyprian. Exod. 1053); ma prima di costui c'era Ovidio, da cui Massimiano imitò.

(3) Cfr. Georg. I, 1212; Forcell. II, 298.

= *al mare* an *per mare*) remeabant, circumvenere barbari; ibid. 2, 69: Germanicus Aegypto remeans (¹).

V, 32: - visa *per amplexus* ossa sonare *meos*
pro „ *in amplexu* „ „ *meo*

Bis Maximianus significationem praepositionis *per* confundit simulatque: hic et I, 255; nam *per* significat motum, transitum vel in spatium vel in tempus, in hisce vero duobus casibus numquam hoc sensu usurpatur.

I, 255: cogor *per mediam* turbatus surgere *noctem*
pro „ *media* „ „ *nocte.*

Haec confusio videtur orta esse et ex metri necessitate et ex deperdito linguae latinae sensu, quod quibusdam locis iam a nobis perspectis, satis in Maximiani elegiis apparet.

V, 41: - qua defensa *suo* superata est *Hectore* Troia
pro „ „ (*a*)*suo* „ „ (*ab*) *Hectore* „

Hic locus cum II, 42 coniungi debet.

V, 116: - unius ut faciat corporis esse *duo*

Nulla causa, *duo* pro *duos*, sed etiam in prosa oratione exsistit *duo* pro *duos*, Cic. Fam, 7, 25; praeter duo nos, loquitur isto modo nemo (²).

— Et hic de casuum quoque syntaxi absolvitur exactaque est disputatio.

Γ) Syntaxis generum

Nomina substantiva.

Nominum, quae duo exhibent genera, masculinum et femininum, a poetis dactylicis praefertur forma feminina non nusquam, quae haud raro attributum aptius facere possit.

(¹) Cfr. Georg. II, 2059; Forcell. V, 161.
(²) Cfr. Georg. I, 2159; Forcell. II, 801-802.

1) - Sic nomen *dies* (1), quod duobus praeditum est generibus apud poetas, in elegiis a nobis examinatis undecies occurrit, bis masculino genere exornatum, ter feminino, sexies anceps (I, 138, 149, 271, 276, 290; IV, 18); quater sine attributo, septies cum adiectivo.

His locis poeta cogitur feminino genere uti, ut brevem lucretur ad pentametri compositionem: - *lōngă dĭ|ēs* I, 173, a^{2-3}; II, 17, a^{2-3}; *ămoēnă dĭ|ēs* I, 244, b^{1-2-3}.

Hoc autem loco I, 42, a^{2-3} et b^{2-3}, metri quoque gratia, masculino genere usus est, ut longam lucraretur: *laētūs* (ant. cons.)..... *dĭēs.* At III, 76, a^{1-2} et b^{2-3}, ubi femininum adhibere non erat necesse, masculinum posuit: *tōtūm* (ant. cons.).... *dĭēm.*

2) - Maximianus, etiam nulla metri coactus vi, masculino genere praeditum posuit nomen " *Cupido* ", quod saepius femininum usurpatur: III, 9, a^{2-3} b^{3-4-5} *mĕ|ō pēr|cūssă cŭ|pīdĭnĕ.*

3) - Sed poeta noster genera miro modo miscuit, cum ei opus esset brevem lucrari, ut versum componeret, spreta non nusquam etiam generum congruentiae lege.

α) neutrum pro masculino, non autem contra congruentiae legem

I, 43-44: - cessit et ipse pater Bacchus stupuitque bibentem
et qui *cūnctă sŏ|lēt* vincere victus abit
pro " *cūnctōs sŏlēt* " " "

I, 55-56: - tu me sola tibi subdis miseranda senectus
cui cedit *quĭdquĭd* vincere *cūnctă pŏtēst*
pro cui cedit *quĭsquĭs* vincere *cūnctōs pŏtēst*

β) neutrum pro masculino vel feminino, contra congruentiae legem

I, 177 *tūrpĕ sĕ|nī* vultus nitidi vestesque decorae
pro *tūrpēs sĕnī* " " " " (2)

V, 26 *grāndĕ ĕrăt, ĭn nĭvĕ|ō* pulla colore coma
pro *grāndĭs ĕrăt ĭn nĭvĕō* " " " (3).

---

(1) Cfr. Neue, I, 1018.

(2) La grammatica insegna che coi nomi di cosa di genere diverso il predicato nominale può stare in genere neutro, ma qui era assai meglio e quasi obbligo concordarlo col nome più vicino *vultus nitidi.*

(3) Qui è il femminile, che la sintassi della concordanza assolutamente esige.

Verba

Passivum pro activo.

Verbi genus haud commodum interdum mutatur pro metri commoditate: ter igitur Maximianus passivo usus est pro activo, quoniam passiva forma ei praebebat breves, quas consectabatur, ut pentametrum componeret.

I, 226, b^{1} *crēdĭtŭr* pro *crēdĭt*, nam distichon ex praecedentibus ac sequentibus versibus, mea quidem sententia, versui 226

" talia rugato creditur ore loqui „

hoc tribuit sensum, qui italice sonat: " *pensa di ben parlare così* „ vel " *di venire a questa preghiera* „; non equidem " *è creduto, pare così dire* „.

I, 25, b^{4-5} *vĕr|sārĕ* pro *vērsārī*, ut brevem lucretur in quinta sede: de verbi significatione et constructione confer supra " *Caput de casuum syntaxi* „.

III, 30, a^{1-2} *mĕdĭ|cārĕ* pro usitato *mĕdĭ|cārī*, ut brevem lucretur (1).

Δ) Syntaxis temporum

Artium, quae sunt de temporum syntaxi, tria distinguenda sunt genera: nam vel poeta pro metri commoditate variat miscetque praeteritorum temporum formas cum praesentis formis brevioribus aptioribusque, nedum tempora

(1) A questi tre esempi va aggiunto un quarto, omesso nella fretta della trascrizione: *mĕmŏrārī* che sta per *mĕmŏrārĕ*, di cui gode la medesima costruzione coll'accusativo e che è un'innovazione, voluta dal metro, del nostro poeta; ricorre in due luoghi: II, 38, b^{1-2} *mĕmŏ|rētŭr* = *mĕmŏrĕt*; II, 44, b^{1-2} *mĕmŏ|rēmŭr* = *mĕmŏrēmŭs* questa volta non costretto dal metro. — Il significato però del verbo *memorare* e del suo omologo quindi in Massimiano sembra accostarsi di più al *meminisse*, valore che *memoror* assume nella Vulgata. Cfr. Rönsch, Ital. u. Vulg, p. 373, 414: dove per altro, com'è naturale, non è ricordato Massimiano nei due luoghi da noi citati.

inter se, quae ars 1) *variatio* a grammaticis appellatur; vel poeta tempora inter se permutat ita, ut duorum temporum, quae inter se coordinantur sub temporis ratione, alterum alterius vicem excipiat ac, quod praesens esse debuerit, perfectum fiat et vicissim quod perfectum, quae ars 2) *permutatio* vocatur; vel denique poeta dactylicus pro forma praesentis infinitivi perfectum ponit, quod solum interdum est aptum vel certe commodius, quam artem 3) *commutationem* vocabimus.

Poetae, ut Bednara animadvertit, variatione temporum, permutatione commutationeque eorum id adsequi volunt, ut, servata coordinationis forma, ab ipsis, qui in universum dictionem paratacticam malint, rationes hypotacticae sive temporales sive causales sive aliae cuiusque generis exprimantur. Verum, de mea quidem sententia, huius rei causa praecipue a metri necessitatibus repetenda est, praesertim in poeta nostro, quem apud pauciora exstant exempla permutationis, variationis commutationisque, quae, ut moduli verborum metro vitentur repugnantes, occurrant, complura autem, quae pro poetae commodis sint usurpata.

1. Variatio temporum: pro temporum formis incommodis vel ineptis, nulla temporum consecutionis in coordinatione vel in subordinatione habita ratione, formae ponuntur metro vel commodiores vel aptiores. Exempla accipe:

I, 5: – non sum qui *fŭĕrām* (pro *fŭī*) periit pars maxima nostri [1].

---

[1] Il Foscolo, traducendo questo e il verso seguente, nel sonetto IV (di sè stesso) dell' edizione di Severino Ferrari, Firenze 1907, ristabilisce il giusto tempo:

Non son chi fui, perì di noi gran parte:
questo che avanza è sol languore e pianto.
(v v. 1-2).
Non sum qui fueram, periit pars maxima nostri:
hoc quoque quod superest langor et horror habent.
(eleg. I, v v. 5-6).

Da ciò si deve arguire che il Foscolo conoscesse molto beneMas-

I, 11-12: - saepe poetarum mendacia carmina *fīnxī* (pro *fīngēbam*).

et veros titulos res mihi ficta *dabat* [1].

I, 37-38: - *innabam* gelidas Tiberini gurgitis undas

nec *tĭmŭī* (pro *tĭmēbam*) dubio credere membra freto [2].

I, 43-44: - *cessit* et ipse pater Bacchus *stupuitque* bibentem

et qui cuncta solet vincere victus *abit* (pro *abiit*) [3].

I, 65-66: - quaeque peti *poterat fuerat* vel forte *petita* (pro *fŭit* vel *ĕrat*)

ērŭbŭīt vultum visa puella meum (pro *ērŭbēscēbat*):

sequentibus etiam *petebat*, *cupiebat*; sed novissimam formam prosodia et metri vis amovebant.

I, 79-80: *horrebam* tenues, *horrebam* corpore pingues

non mihi grata brevis, non mihi longa *fŭĭt* (pro *ĕrăt*)

Praecedente perfecto, *hōrrŭī* prosodia et metro respuebatur; cum vero perfecti vicem exceperit *horrebam*, *fuit* iam amplius temporum legibus non serviebat, sed erat metro aptum ideoque praelatum est: nam imperf. *lōnga ĕ|răt*, hoc loco ineptum esset.

I, 85: - *quaerebam* gracilem, sed quae non macra *fŭīssĕt* (pro *ēssĕt*).

Consecutio temporum fert etiam *fuisset*, sed *esset* aptius, cum actio relativae eiusdem temporis sit ac principalis atque in praesenti permanet.

I, 151-152: - talia quis demens homini *pērsāsĕrĭt* (pro *pērsuādēbĭt*) auctor

ut *cupiat* voto turpior esse suo

I, 155-56: - *cogimur* a gratis animum suspendere rebus

atque ut *vivamus* vivere *dēstĭtĭmŭs* (pro *dēsīstĭmŭs*)

I, 161: - quae modo *prōfŭĕrăt* contraria *redditur* esca

pro *prōfŭĭt* vel potius *prōdĕrăt*, nam in pentametro quoque sequenti: " fastidita *iacet* quae modo dulcis *erat* „.

---

simiano, che forse riteneva per Cornelio Gallo e degno quindi di essere imitato.

[1] Il tempo dell'*actio iterata* è l'imperfetto.

[2] L'imperf. *tĭmēbam* è quasi inetto al pentametro, se non in un caso speciale, nel II° piede e seguito da un monosillabo.

[3] Il perf. *ăbĭĭt* è solo atto al pentametro, se ricorre in posizione o nella fine del verso: potrebbe darsi che anche qui in Massimiano *abit* sia perfetto in luogo di *abiit*? Cfr. Neue III, 446.

I, 214: - quaeque brevis *fŭĕrāt* (pro *ĕrat* vel *fŭit*) iam modo longa mihi *est*

I, 251-52: vel si lassatos unquam *dīgnābĭtŭr* artus

turbidus in quantis *hŏrrĕt* imaginibus

Consecutio temporum vult: *dīgnābĭtŭr-hŏrrēbĭt* vel *dīgnētŭr-hŏrrĕt*; sic autem unus vel alter versus non exstaret.

I, 458: - (et qua) *noluero infelix* hac ego parte trahor

Haec est huius versus temporum consecutio: *nōlŭĕrŏ-trăhăr* aut *nōlēbam* vel *nōlŭī-trăhŏr*; sed *trăhŏr* versus sensu quaeritur, dactylus autem in primo pede praefertur.

I, 271-72: fracta die rabidi *compescitur* ira leonis

lentaque per senium aspera tigris *ĕrĭt* (pro *ēst*)

II, 6-7: me *vocat* imbellem decrepitumque senem

nec meminisse *vŏlēt* (pro *vūlt*) transactae dulcia vitae

II, 19: - nonne *fŭĭt* (pro *ĕrat* vel *fŭĕrat*) melius tali me tempore fungi

III, 17-18: me pedagogus *ăgĭt* (pro *ăgēbăt*) illam tristissima mater

servabat tanti poena secunda mali.

III, 39-40: - pro te susceptos *iuvat* inquit ferre dolores

tu pretium tanti dulce cruoris *eris*

Petschenigius hoc distichon notat in variatione temporum, sed perperam, meo iudicio; nam hic puella (Aquilina) alloquitur amantem sibique spondet dolorum suorum pretium amantem ipsum, qui sibi vel matrimonio vel alio quodam modo coniungatur: ergo non de praesenti, sed de futuro tempore est sermo.

III, 42: - quae nihil *imminuit* passio nulla *fŭĭt* (pro *ēst*). Hic est versus sensus: passio, quae nullum detrimentum attulit, non est passio.

III, 77-78: - permissum *fit* vile nefas *fit* languidus ardor

vīcērūnt morbum languida corda suum (pro *vīncūnt*).

Quamquam actio per *vīcērūnt* expressa eiusdem temporis est ac actio per " *fit languidus ardor* „ et *fit* pro praesenti historico haberi potest, attamen temporum consequentia ac concinnitas praesentem pro *vīcērūnt* volunt, praesertim cum plura antecedant eiusdem temporis verba (vincit, dant, dant, fit, fit) sequanturque (odit, abit). Verum nimis commodum fuit Maximiano *vīcērūnt* ad pentametrum componendum.

III, 85-86: - quae postquam *pĕrlātă* viro *sŭnt* omnia tanto

meque *vĭdĕt* (pro *vīdit*) fluctus exsuperasse meos

III, 92: - *ābstŭlĭt* atque ipsum talia velle *fŭgĭt* (*fūgĭt*)

III, 93-94 - ingrati tristes pariter *dĭscēdĭmŭs* (pro *dĭscēssĭmŭs*) ambo.

Discidii ratio vita pudica *fuit.*

IV, 19-20: - saepe velut visae *laetabar* imagine formae

et procul absenti voce manuque *fŭī* (pro *ĕrăm*)

IV, 21: - saepe velut praesens *fŭĕrĭt* mecum ipse *lŏquēbăr*

Cum conjunctione *velut* et *conjunctivo modo* tempus pendet a principalis propositionis verbi tempore: ergo *ēssĕt*, non *fŭĕrĭt*.

Verum Petschenigius hunc versum in *permutationibus* temporum ponit; falso, credo. Si enim poeta scripsisset vel potius sic scribere debuerat

" *saepe velut praesens fuerit mecum ipse locutus sum* „;

equidem assentirem editori praeclaro; adverbium autem " *saepe* „ actionem iteratam significat ideoque " *loquebar* „ recte imperfectum consuetudinis vel iterativum puto. Itaque hic non permutatio temporum exsistit, sed simplex variatio, metro etsi non cogente.

IV, 22: - *cantabam* dulces quos *sŏlĕt* (pro *sŏlēbăt*) illa modos.

V, 37-38: - non lac sic durum permixta coagula *reddunt*

nec liquidi mollis spuma liquoris *ĕrĭt* (pro *ēst*)

V, 81-82: - protinus argutas *admovit* turpiter artes

meque *cŭpīt* (pro *cŭpĭĭt*) flammis vivificare suis

V, 117-118: - pulchra licet pretium *si desit* femina *perdit*

et si *defuerit* vir quoque turpis *erit*

Ut *defuerit* proprietatibus utatur ad primum pentametri hemistichium componendum, arcessitur a poeta *erit*, itāque, constructione hypothesis violentius mutata, nedum distichi, Maximianus pentametrum construit; nam concinnitas vellet: *et si desit..... turpis est*, vel hypothesis potius irrealis: *et si deesset... turpis esset* quo in casu, si primum pentametri hemistichium aptum est, secundum claudicat.

V, 141-42: - tu mihi saepe feri *commendas* corda tyranni

sanguineus per te Mars quoque mitis *ĕrĭt* (pro *ēst*).

V, 148: (victos) *diligis* et vinci tu quoque saepe *vŏlēs* (pro *vīs*)

V, 153–54: - *conticuit* tandem longo satiata dolore
me velut expletis *dēsĕrĭt* (pro *dēsĕrŭĭt*) exequiis [1]
VI, 7–8: - hac pueri atque senes pariter iuvenesque *feruntur*
hac par divitibus pauper egenus *ĕrĭt* (pro *ēst*)

— His adnotationibus solummodo variationes singulorum distichorum enumeratae allataeque sunt, neglectae vero variationes narrationis per se habitae.

II. Permutatio temporum: eadem de causa, qua fit temporum variatio, sed alio modo, uti supra diximus.

I, 116: - at cum tristis *ĕrĭt* praecipitata *vĕnĭt*
pro „ „ „ *ĕst* „ *vĕnĭĕt*
III, 68: - impius hic *fŭĕrĭs* si pius esse *vĕlĭs*
pro „ „ *sīs* „ „ „ *vŏlŭĕrĭs*
V, 97: - quo tibi fervor *ăbĭt* per quem feritura *plăcēbās*
pro „ „ „ *ăbībăt* „ „ *plăcēs*

III. Commutatio temporum: perfecti forma infinitivi activi pro praesentis.

Haec commutatio praesertim fit cum eis verbis, quorum praeteritum in - *ui* flectitur ac quorum infinitivus praesentis haud raro metro repugnat (e. g. ābstĭnērĕ), perfecti autem solus est aptus (e. g. ābstĭnŭīssĕ).

Huius infinitivi perfecti usus ita inde a Vergilio increbuit ut non modo usurparetur necessitatum metri causa, sed etiam elegantiae versusque gratiae consectatione, nulla metri vi cogente (e. c. cōmmĕmŏrāssĕ pro cōmmĕmŏrārĕ). Haec sunt exempla, quae apud Maximianum exstant:

a) metro cogente
I, 143: - iam pavor est *vīdīssĕ* (pro *vĭdērĕ*) senem
I, 160: - praestat ut abstineam *ābstĭnŭīssĕ* (pro *ābstĭnērĕ*) nocet

---

(1) Esempio uguale è II, 37–38
et quia nos totus membrorum deserit usus
nullius amplexus quos memoretur habet;
dove *dēsĕrĭt* è in luogo di dēsĕrŭĭt, giacchè l' *abbandono* significato dal verbo è anteriore, non contemporaneo all' *habet*.

I, 194: - et retinens semper nil *tĕnŭīssĕ* (pro *tĕnērĕ*) puto
I, 278: - quod timeas gravius *sŭstĭnŭīssĕ* (pro *sŭstĭnērĕ*) diu

β) rhetorice, elegantiae consectatione

I, 280: - hos quoque difficile est *cōmmĕmŏrāssĕ* seni

E) **Enallage.**

Maximianus quoque per enallagae figuram formas parum aptas vel non commodas vitat.

I, 62: - nullaque *coniugii vincula grātă* pati
pro *coniugii vincula grātī*;

nam coniugium est gratum, nullum vinculum; quae autem vox *grātī* secundo pentametri hemistichio inseri nequit.

I, 291: dura satis miseris *mĕmŏrātĭō prīscă bŏ|nōrŭm*

pro *mĕmŏ|rātĭō prīscōrŭm bŏnōrŭm*

I, 245: - hinc miseros scabies hinc *tŭssĭs ănhēlă fătīgat*
pro „ miseros „ „ *tŭssĭs ănhēlōs fatigat*
IV, 39: - illius ad nomen *tŭrbātōs ēxcŭtĭt ārtŭs*
pro „ „ „ *tŭrbātŭs ēxcŭtĭt artus*;
nam perturbatio inficit animum, non artus, etsi dein formido artus percurrat omnes.

LIBER QUINTUS

Remedia lexicalia (1)

Semper ut voces metro repugnantes vitentur, poetae dactylici vel aliam vocem synonimam ponunt, vel, si non exstat, ipsi sibi confingunt, vel etiam periphrasi eam circueunt. " Ea igitur vocabula, inquit Ploenius (2), quae non quadrabant, seponebantur et saepe exilibus quasi artificiis et argutiis pro iusto verbo minus iustum, tamen dactylicum eligebatur ".

In tres partes hanc nostram investigationem divisimus, quarum α) prima vocabula complectitur, quae *declinationi* serviunt, β) secunda, quae *coniugationi*, γ) tertia demum, quae indeclinabilia habentur.

A) **Declinationes.**

1. Nomina propria.

I. Nomen proprium minus commodum vel metro vel poetae in versu " hic et nunc " pangendo periphrasi significatur.

I, 84, b^{1-2} *mātĕr Ă|mōrĭs* pro *Vĕnŭs*, quae vox quinquies occurrit (I, 91, 163; III, 7, 66, 89). *Vĕnŭs* est vocabulum aptissimum poetae tum in nominativo cum in casibus obliquis; hic commoditatis gratia circuitur: *nominativus* apparet: I, 91, a^1; III, 7, b^4 Vĕnŭs; *genetivus*: I, 163, a^{1-2}; III, 66, a^{2-3}; 89, a^{2-3} Vĕnĕrīs (ant. cons.)

---

(1) Archiv. f. lat. Lex. u. Gram. b. XIV, h. 4, s. 578.

(2) Ploen. De copiae verb. diff. p. 12.

V, 129 - *ipsa etiam totum moderans sapientia mundum:* pro *Iūppĭtĕr*, qui tamen bis occurrit: V, 46, b[1] Iūppĭtĕr; V, 144, b[2-3] Iŏ|vī.

Uti visum est, has duas circumlocutiones a poeta esse quaesitas rhetoricis de causis vel ad distichum explendum dicendum est, nam et Venus et Iuppiter nomina aptissima sunt amboque in Maximiani elegiis occurrunt.

II. Nomen minus commodum cedit aptiori.

Duo in latino sermone exstant nomina Amoris dei: *Ămŏr*, *Cŭpīdŏ*; his duobus poeta noster pro commodo suo promiscue utitur.

Sic *Amor* bis occurrit: I, 84, b[1-2] *mātĕr Ă|mōrĭs*, ubi *Cŭpīdĭnĭs* pentametro inseri non poterat, nisi quadam variatione vel potius verborum mutatione constructionisque descriptionis; III, 7, a[2-3] *quĭd sĭt Ă|mōr* (ant. cons.), ubi *Cŭpīdŏ*, eadem de causa, pentametro aptum non esset.

Itemque *Cŭpīdŏ* bis occurrit: III, 89, b[4-5] *cŭpīdĭnĭs*; V, 44, b[1-2] *saēvĕ Cŭ|pīdŏ.*

III. Pro nomine proprio, poetae in quadam versus sede incommodo, ponitur patronymicum.

Deae Amoris matris exstat patronymicum Cyprĭs a Cyprŭs, qua in insula dea maxime colebatur; nunc igitur poetae opus fuit in prima II[ae] partis pentametri sede ad dactylum conficiendum longa syllaba, quam Vĕnŭs non exhibet, idcirco Cyprĭs, cuius prima syllaba est positione ambigua, ei succurrit.

I, 91-92: hunc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem
diligit et florem *Cȳprĭs ŭ|bique* suum

Sunt autem qui duas Veneres esse credant atque inter Venerem et Cypridem distinguant, cum hanc alteram ex concubitu Iovis cum ipsa Venere natam adfirment, ut tradit Ruf. 10, Recognit. 20, qui addit ex Cypride, de quorumdam sententia, Cupidinem natum. Verum num hic, in Maximiano poeta, inter Venerem et Cypridem, inter Amorem et Cupidinem distinguendum sit, satis dubium est; quin etiam, de mea quidem sententia, vanum superfluumque, in

primis in hoc poeta, cuius magna est eruditionis mithologiaeque inopia itemque nominum propriorum, etsi temporum eius, Ennodii, Boethii coeterorumque, litterae essent maxima paganismi mithologiaeque cultura, denuo et paulisper nata, exornatae (1).

IV. Adiectivi, quo terra, i. e. poetae regio, designatur, duarum formarum, quae versui aptior commodiorque poetae est, praefertur.

Maximianus V, 5, se vocat Ē|trūscaē gēntĭs ă|lūmnŭm, nam sic optime hexametrum intexit; verum V, 40, a[2-3], ubi adiectivum Ētrūscŭs, ă, ŭm, cogeret ad pessimam elisionem, scribit Tūscŭs, ă, ŭm:

succubui *Tū|scā* simplicitate senex

V. Pro terra ponuntur incolae.

Itemque Ē|trūscaē gēntĭs ă|lūmnum (V, 5, b[3-4-5-6]) est pro inepto *Ētrūrĭaē alumnum,* cuius regionis nomen itemque omnia, quae in nominativo dactylica sunt, perinde ac in hoc casu et in vocativo, cum metro dactylico minime conveniunt.

VI. Genetivum nominis, ubi cum metro non convenit, poeta circuit adiectivo ab illo nomine derivato.

Haec sunt exempla, quae apud Maximianum exstant: –

I, 118: - vivum *tārtărĕ|ās constat inire vĭ|ās*

ubi *tārtărĕās*... vĭās occurrit pro inepto *Tārtărī* vel *Tārtărum... vĭās*;

I, 150: - ..... *tārtărĕ|ō* quis neget esse *lŏ|cō*

ubi quidem *tārtărĕ|ō.... lŏ|cō* est pro *Tārtărī* vel *Tārtărum... lŏ|cō*

Itemque I, 123, a[1-2], sed, alia de causa, poeta pro genetivo, *Lēthēs,* sibi incommodo, scribit *Lēthaēă*: –

ēn Lēthaēă mĕ|ām. subeunt oblivia mentem.

VII. Ad vitandum genetivum ineptum, poeta audacissima structura utitur.

Cāndĭdă, quod vocabulum dactylicum est, metro elegiaco inseri non potest, nisi in nominativo, quo in casu

(1) Cfr. Quicherat " Thesaurus poeticus „ e Forcell. Onom. sotto i nomi Venus, Cupido, Cypris, Amor

semel occurrit, IV, 8, a^{1} vel in vocativo, in quo bis, IV, 35, a^{1} et b^{5}. Considera autem exemplum, quod ex IV, 8 affertur.

.... species dederat cui candida nomen
Candida......

ubi exspectaremus *Cāndĭdaē,* genetivum a voce *nomen* pendentem. Inter poetas, Ovidius primus hac constructione usus est (1).

2. Appellativa.

I. Synonymum latinum ponitur pro voce non apta aut non commoda.

1 declinatio — Maximianus exhibet: - *prōvīncĭă* pro *tērră* vel *rĕgĭō* I, 59, b^{4-5} - pro vocibus *bēstĭă* casibus obliquis non aptis voces *fĕră*: sic *fĕrās* pro *bēstĭās* I, 24, b^{2-3}; *fĕrārŭm* pro *bēstĭārum* V, 111, b^{5-6} - *nātīs,* quae vox pro *nātābŭs* est, pro *fīlĭīs* vel potius *fīlĭābŭs* I, 60, a^{2-3}; *nātām* (ant. cons.) pro *fīlĭām* IV, 40, a^{2-3}; *nātae* III, 74, a^{2-3} pro *fīlĭaē* - *lăcrĭmīs* pro *quĕrēllīs* II, 73, a^{1-2} - *vēnaē* pro *mēntŭlaē* V, 36, a^{2-3}: omnes voces, quae, uti *mēntŭlă, fēmĭnă,* in nominativo dactylicae sunt, a poeta elegiaco vitantur et pro his substituuntur vel synonima vel aliae voces, quae aut e Graeca lingua transferuntur aut e sermone volgari recipiuntur - *sārcĭnă* pro *cūraē* V, 70, b^{1} - *tĭtŭlōs* pro *glōrĭam* vel *laŭdēs* I, 12, a^{2-3} - *aētās* pro *vītă* I, 111, b^{6}; I, 209, b^{6} - *gĕnĕtrīx* pro *tērră* I, 227, a^{2-3} - *mĕmŏrātĭō* pro *mĕmŏrĭă* I, 291, b^{3-4} - *rătĭō* pro *caŭsă* III, 94, a^{2-3} - *crīmĕn* pro *cŭlpam* ante vocalem I, 102, b^{2}; III, 74, b^{1}; VI, 4, b^{2}; sed etiam ante consonantem V, 73, b^{3-4}; *crīmĕn* pro *cŭlpă* ante vocalem I, 179, a^{1}, sed etiam ante consonantem, concinnitatis gratia I, 179, b^{3-4}; *crīmĭnĕ* pro *cŭlpā* in dactylo quinti pedis II, 67, b^{5}.

